uitatem dauid que voca
tur bethleem eo qđ eſſet
de domo et familia dauī.
vt pfiteretur cum maria
deſponſata ſibi vxore pre
gnante. Factum ē autē
cum eſſent ibi: impleti ſꝰ
dies vt pareret. Et pepe
rit filium ſuū primoge
nitum. Et pānis eum
inuoluit: et reclinauit
eum in preſepio. qa non
erat ei locus in diuerſo
rio. Et paſtores erant
in regione eadem: vigilā
tes. et cuſtodientes vigi
lias noctis ſuper gregem
ſuum. Et ecce angelꝰ
domini ſtetit iuxta illos
et claritas dei circumful
ſit illos: et timuerunt ti
more magno. Et dixit

Bib. Stæ. Genovefæ Parisiensis.

illis angelus. Nolite time
Ecce enim euangelizo vo
bis gaudium magnum
quod erit omni populo:
quia natus ē vobis hodie
ſaluator qui ē xp̄us dn̄s.
in ciuitate dauid. Et hoc
vobis ſignū. Inuenietis
infantem pannis inuo
lutum: et poſitum in pre
ſepio. Et ſubito facta ē
cum angelo multitudo
celeſtis exercitꝰ laudan
tium deum. et dicentiū
Gloria in altiſſimis deo
et in terra pax homini
bus bone voluntatis. Credo
Off. Letentur celi et exul
tet terra ante faciē dn̄i
quoniam venit. Secreta
Accepta tibi ſit
quesumus dn̄e
hodierne feſtiuitatis ob
latio vt tua gratia lar
giente per hec ſacro ſcā
commercia in illius in
ueniamur forma. in
quo tecum ē nr̄a ſubſtā
tia. Qui tecū. Prefac.
Eterne deus: Quia

per incarnati verbi miſte
rium: noua mentis no
ſtre oculis lux tue clari
tatis infulſit. Vt dum
viſibiliter deum cognoſ
cimus: per hunc inuiſi
bilium amore rapiamur.
Et ideo cum angelis et
archangelis: cum thro
nis et dominationibus
Cumqꝫ omni milicia
celeſtis exercitus: hymnū
glorie tue canimus ſine
fine dicentes. Sanctꝰ.
Communicantes
et noctem ſacra
tiſſimam celebrantes. q̄
beate marie intemerata
virginitas huic mūdo
edidit ſaluatorem. Sed et
memoriam venerantes.
In primis euſdē glorioſe
ſemp virginis marie ge
nitricis eiuſdem dei et do
mini noſtri ihesu xpiſti
Sed et beatorum aplōr
ac martirum tuorum
Petri. Pauli. Andree
Iacobi. Iohannis.
Communio.

In splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te. Postcommunio. Da nobis quesumus domine deus noster: ut qui nativitatem domini nostri ihesu christi nos frequentare gaudemus: dignis conversationibus ad eius mereamur pervenire consortium. Qui tecum.

Missa In luce. officium. Lux fulgebit hodie super nos quia natus est nobis dominus et vocabitur admirabilis deus princeps pacis pater futuri seculi cuius regni non erit finis. Ps. Dominus regnavit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem et precinxit se. Gloria. Oratio. Da quesumus omnipotens deus: ut qui nova incarnati verbi tui luce perfundimur: hoc in nostro resplendeat opere quod per fidem fulget in mente. Per eundem dominum.

Anastasie martiris. Oratio. Da quesumus omnipotens deus: ut qui beate anastasie martiris tue sollempnia colimus: eius apud te patrocinia senciamus. Per.

Lectio epistole beati pauli apostoli ad titum. Carissime. Apparuit benignitas et humanitas salvatoris dei nostri. Non ex operibus iusticie que fecimus nos: sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit. per lavacrum regenerationis et renovationis spiritus sancti quem effudit in nos habunde per ihesum christum salvatorem nostrum. Ut iustificati gratia ipsius heredes simus secundum spem vite eterne. In christo ihesu domino nostro. Gradale. Benedictus qui venit in nomine domini deus dominus et illuxit nobis. V. A domino factum est et est mirabile in oculis nostris. Alleluia.

V̊ Dominus regnauit deco-
rem induit induit dominus
fortitudinem et precinxit ſe
virtute. Proſa.

Letabundus exul-
tet fidelis chorus
alleluya. Regem regum:
intacte profudit chorus res
miranda. Angelus conſilii
natus eſt de virgine. ſol de
ſtella. Sol occaſum neſci-
ens. ſtella ſemper rutilans
ſemper clara. Sicut ſydus
radium profert virgo filium
pari forma. Neque ſydus
radio neque mater filio fit
corrupta. Cedrus alta li-
bani conformatur yſopo
valle nostra. Verbum ens
altiſſimi corporari paſſum
eſt carne ſumpta. Iſaias
cecinit ſynagoga memi-
nit nunquam tamen deſi-
nit eſſe ceca. Si non ſuis
vatibus credat vel genti-
libus ſibillinis verſibus
hec predicta. In felix propera
crede vel vetera. cur damp-
naberis gens miſera Quem
docet littera natum conſidera
ipſum genuit puerpera.
alleluya. Secundum Lucam.

In illo tempore:
Paſtores loquebantur ad invicem. Tran-
ſeamus uſque bethleem:
et videamus hoc verbum
quod factum eſt quod fecit dominus
et oſtendit nobis. Et
venerunt feſtinantes et
invenerunt mariam.
et ioſeph. et infantem po-
ſitum in preſepio. Viden-
tes autem cognouerunt
de verbo quod dictum erat
illis de puero hoc. Et
omnes qui audierunt
mirati ſunt: et de his
que dicta erant a paſto-
ribus ad ipſos. Maria
autem conſeruabat om-
nia verba hec: conferens
in corde ſuo. Et reuerſi
ſunt paſtores: glorifican-
tes et laudantes deum
in omnibus que audie-
rant et viderant ſicut
dictum eſt ad illos.
Credo in unum deum.
patrem. Offertorium.

Deus enim firmauit orbē terre qui nō commouebitur. parata sedes tua deus ex tunc a seculo tu es. Secr.

Munera nostra q̄s domine natiuitatis hodierne mysteriis apta proueniant: vt sic homo genitus idem refulsit deus: sic nobis hec terrena substancia cōferat quod diuinum ē. Per e. Al secreta.

Accipe quesumus domine munera dignanter oblata. et beate anastasie suffragantibus meritis ad nostre salutis auxiliū peruenire concede. P. Prefat. Cōmunicantes vt s.ª Cō.

Exulta filia syon lauda filia iherusalem ecce rex tuus venit sanctus et saluator mundi. Postcōmū.

Huius nos domine sacramenti semper nouitas natalis instauret. cui natiuitas singularis humanam repulit vetustatem. P. eundem. Postcōmunio.

Saciasti domine familiam tuā muneribus sacris: eius quesumus semper interuentione nos refoue: cuius sollempnia celebramus. Per. Missa i die.



Puer natus est nobis et filius datus est nobis cuius imperium super humerum eius et vocabitur nomen eius magni consilii angelus. Ps. Cantate domino canticum nouum: q̄a mirabilia fecit. Gloria. Orō:

Concede q̄s omps deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Qui tecum. Ad hebreos.

Fratres. Multifarie multisq̄s



modis olim deus loquens
patribus in prophetis no
uissime diebus istis locu
tus est nobis in filio: quē
constituit heredem vniuer
sorum. per quem fecit et
secula. Qui cum sit splē
dor glorie. et figura subs
tantie eius portansq; om
nia verbo virtutis sue p̄
gationem peccatorū fa
ciens. sedet ad dexteram
maiestatis in excelsis tā
to melior angelis effectus
quāto differencius p̄ illis
nomen hereditauit. Cui
enim dixit aliquando ā
gelorum filius meus es tu.
ego hodie genui te. Et
rursum. Ego ero illi in
patrem. et ipse erit m̄ i
filium. Et cum iterum
introducit primogenitū
in orbem terre dicit. Et
adorabunt eū omnes ā
geli dei. Et ad angelos
quidem dicit. Qui facit
āgelos suos spūs. et mi
nistros suos flāmā ignis
Ad filium autē. Thronus
tuus deus in seculum scli:
virga equitatis virga re
gni tui. Dilexisti iusticia
am et odisti iniquitatem
propterea vnxit te deus
deus tuus oleo exultacōis
pre participibus tuis. Et
tu in principio domine
terram fundasti: et opa
manuum tuarum sunt
sunt celi. Ipsi peribunt
tu autem permanebis: et
omnes ut vestimentum
veterascent. Et velut a
mictum mutabis eos: et
mutabuntur. Tu autē
idem ipse es: et anni tui
non deficient. Resp.
Viderunt omnes fines t
re salutare dei nostri iubi
late deo omnis terra. V.
Notum fecit dominus
salutare suum ante cōsp
ectum gencium reuelauit
iusticiam suam. Alla.
V. Dies sanctificatus il
luxit nobis venite gētes et
adorate dñm quia hodie
descendit lux magna sup
terram. Prosa Jubilem
saluatori, In i folio

In natali ſaluatoris
angelorum noſtra
tionis ſucinat conditio.
Armonia diuerſorum. ſed
in vnum redactorum dul-
cis eſt conuercio. Felix dies
hodiernus in quo patri coe-
ternus: naſcitur ex virgine.
Felix dies et iocundus il-
luſtrati gaudet mundus
veri ſolis lumine. Ne pe-
riret homo reus redempto-
rem miſit deus pater vni-
genitum. Viſitauit quos
amauit noſque vite reuoca-
uit gratia non meritum.
Infinitus et immenſus:
quem non capit vllus ſen-
ſus: nec locorum ſpacia.
Ex eterno temporalis: ex
immenſo fit localis vt re-
ſtauret omnia. Non pec-
catum ſed peccati formam
ſumens vetuſtati nostre ſe
contemperat. Immortalis
ſe mortali ſpiritalis corpo-
rali ut natura confer[?]t.
Sic concurrunt in perſo-
ne ſingularis vnione ver-
bum caro ſpiritus. Vt na-
tura non mutetur nec perſo-
na geminetur ſed ſit vna pe-
nitus. Tanti rei ſacramen-
tum latet hoſtem fraudu-
lentum fallitur malicia.
Cecus hoſtis non preſagit
quod ſub nube carnis agit
dei ſapiencia. Huius mo-
dum ſacramenti non ſub-
tilis argumenti ſoluit in-
quiſitio. Modum eſſe
non eſt meum ſcio tamen
poſſe deum quod non capit
ratio. Quam ſubtile dei
conſilium. quam ſublime
rei miſterium virga florem
vellus rorem virgo profert
filium. Nec pudorem le-
ſit conceptio nec virorem
floris emiſſio concipiens
et pariens comparatur li-
lio. O maria ſtella maris
poſt deum ſpes ſingularis
naufragancis ſeculi. Vide
quam nos fraudulenter
quam nos vexerat violenter
tot et tales emuli. Per
te virtus nobis detur per
te mater exturbetur: demo-
num ſuperbia. Tue pli

nos commenda ne nos breuis
ſed tremenda feriat ſententia
Jheſu noſter ſalutaris: qui
prudenter operaris ſalutis
miſterium. His qui colunt
hunc natalem da ſalutem
temporalem da perhenne gau
dium Amen. Secundum Johannem
In principio erat ver
bum. Et verbum erat
apud deum. et deus
erat verbum. Hoc erat
in principio apud de
um. Omnia per ipſum
facta ſunt: et ſine ipſo
factum eſt nichil. Quod
factum eſt. in ipſo vita
erat. Et vita erat lux
hominum. Et lux in tene
bris lucet et tenebre eam
non comprehenderunt.
Fuit homo miſſus a deo
cui nomen erat iohannes
Hic venit in teſtimonium.
ut teſtimonium perhiberet
de lumine: ut omnes cre
derent per illum. Non erat
ille lux ſed ut teſtimoni
um perhiberet de lumine.
Erat lux vera: que illu
minat omnem hominem
venientem in hunc mun
dum. In mundo erat et
mundus per ipſum factus
eſt et mundus eum non
cognouit. In propria venit
et ſui eum non receperunt.
Quotquot autem rece
perunt eum: dedit eis po
teſtatem filios dei fieri his
qui credunt in nomine
eius. Qui non ex ſangui
nibus neque ex voluntate
carnis. neque ex voluntate
viri: ſed ex deo nati ſunt.
Et verbum caro factum
eſt: et habitauit in nobis.
Et vidimus gloriam eius
gloriam quaſi unigeniti
a patre. Plenum gratie
et veritatis. Credo in v.
Off. Tui ſunt celi et tua
eſt terra orbem terrarum
et plenitudinem eius tu fun
daſti iuſticia et iudicium
preparatio ſedis tue. Secr
Oblata domine mu
nera noua
unigeniti tui natiuita
te ſanctifica. noſque a pec

catorum noſtrorum pec
catis emunda. Per eund.
Pref. Quia per incar
nati verbi miſterium.
Communicantes
et diem ſacratiſ
ſimum celebrantes. quo
beate marie intemerata
virginitas huic mundo
edidit ſaluatorem. Sed
et memoriam venerantes
In primis eiuſdem glorioſe
ſemper virginis marie
genitricis eiuſdem dei
et domini noſtri ihesu
xpiſti. Sed et beatorum
apoſtolorum. communio
Viderunt omnes fines
terre ſalutare dei noſtri. Pos.
Preſta queſumus
omnipotens deus
ut natus hodie ſaluator
mundi. ſicut diuine no
bis generationis eſt auc
tor. ita et immortalita
tis ſit ipſe largitor. Qui
tecum. Stephani prothomartiris
Etenim ſederunt
principes et adu
ſum me loquebantur

bantur et iniqui perſecuti
ſunt me adiuua me domine
deus meus quia ſeruus tuus
exercebatur in tuis iuſtifi
cationibus. Ps. Beati im
maculati in via qui am
bulant in lege domini.
Gloria patri. Oratio.
Da nobis queſumus
domine imitari
quod colimus. ut diſca
mus et inimicos diligere.
quia eius natalicia cele
bramus. qui nouit etiam
pro ſuis perſecutoribus
exorare. Dominum noſtrum ihesum
xpiſtum filium tuum.
Lectio actuum Apoſtolorum.
In diebus illis:
Stephanus ple
nus gratia et fortitudine:
faciebat prodigia et ſig
na magna in populo.
Surrexerunt autem quidam
de ſynagoga que appella
batur libertinorum et
et cyrenenſium. et alexan
drinorum. et eorum qui
erant a cilicia. et aſia
diſputantes cum ſtephano

et non poterant reſiſtere
ſapiencie. et ſpiritui qui
loquebatur. Audientes
autem hec diſſecabantur
cordibus ſuis: et ſtridebāt
dentibus in eum. Cum
autem eſſet ſtephanus
plenus ſpū ſancto: inten-
dens in celum vidit glo
riam dei. et ihēſū ſtantē
a dextris dei et ait. Ecce
video celos aptos: et filiū
hominis ſtantem a dextꝭ
virtutis dei. Et exclamā
tes voce magna cōtinue
runt aures ſuas: et im
petum fecerunt vnam
initer in eum. Et eiciē
tes eum extra ciuitatem
lapidabant. Et teſtes
depoſuerunt veſtimēta
ſua: ſecus pedes adoleſcē
tis qui vocabatur ſaulꝰ
Et lapidabant ſtepha
num: inuocantem et
dicentem. Domine ihū
accipe ſpiritum meum.
Poſitis autē genibus:
clamauit voce magna.
dicens. Domine nē ſta

tuas illis hoc peccatum. Et
cum hoc dixiſſet obdormi
uit in domino. Reſponſū
Sederunt principes et adūſ
ſum me loquebantur et ini
qui pſecuti ſūt me. Verſus.
Adiuua me domine deus
meus ſaluum me fac ꝓpē
miſericordiam tuā. Alleluia
Alleluya. Video celos aper
tos et ihēſum ſtantem a
dextris virtutis dei. Proſa
Heri mundus exul
tauit. et exultanſ
celebrauit xpiſti natalicia
Heri chorus angelorum
proſecutus eſt celorum re
gem cum leticia. Protho
martir et leuita clarꝰ fide
clarus vita clarus et mi
raculis. Sub hac luce tri
umphauit et triumphās
inſultauit ſtephanus in
credulis. Fremuit ergo
tanq̄ fere quia victi dece
dere lucis aduerſarii ffal
ſos teſtes ſtatuunt et lin
guas exacuunt vipari
filii. Agoniſta nulli cede
certa certus de mercede.

perſecucia ſtephane. Juſta fal
ſis teſtibus cõfuta ſermoni
bus ſynagogam ſathane.
Teſtis tuus eſt in celis teſtis
verax et fidelis teſtis innocē
cie. Nomen habes habes co
ronati te tormenta decz pati
pro corona glorie. Pro co
rona non marcenti perfer
rentis vim tormenti. te ma
net victoria. Tibi fiet mors
natalis tibi pena terminalis
dat vite primordia. Plenꝰ
ſancto ſpiritu penetrat itui
tu ſtephanus celeſtia. Vi
dens dei gloriam creſcit ad
victoriam ſuſpirat in pre
mia. En a dextris dei ſtan
tem ihesum pro te dimican
tem: ſtephane conſidera.
Tibi celos reſerari tibi xp̄m
reuelari clama voce libera.
Te cōmendat ſaluatori.
pro quo dulce ducis mori.
ſub ipſis lapidibus. Sau
lus ſeruat omnium veſtes
lapidancium lapidans ī
omnibus. Ne peccatū ſta
tuatur: his a quibꝫ lapida
tur: genu ponit et precatur
condolens inſanie. In xp̄o
ſic obdormiuit: qui xp̄o ſic o
bediuit et cum xpriſto ſem
per viuit martirū primicie.
Quod ſex ſuſcitauerit mor
tuos in affrica auguſtinꝰ
aſſerit fama refert publica
Huius dei gratia reuelato
corpore mundo datur plu
uia ſiccitatis tempore. Solo
fugat hic odore morbos et
demonia laude dignus et
honore iugiqꝫ memoria.
Martir cuius eſt iocundū
nomen in eccleſia langue
ſcentem ... foue mundum
celeſti fragrancia. Amen.

Secundum matheum.

In illo tempore:
Dicebat ihesus:
turbis iudeorum. et prin
cipibus ſacerdotum. Ecce
ego mitto ad vos prophe
tas. et ſapientes et ſcribas.
et ex illis occidetis et cruci
figetis. et ex eis flagella
bitis in ſynagogis veſtris
et perſequemini de ciuita
te in ciuitatem: vt veniat
ſuper vos omnis ſanguis

iuſt? qui effuſus ē ſuper
terrā. a ſanguine abel iu
ſti uſqꝫ ad ſanguinem
zacharie filij barachie.
quem occidiſtis inť tem
plum et altare. Amen
dico vobis: venient hec
omnia. ſuper generatio
nem iſtam. Jeruſalem
iherſm: que occidis pro
phetas. et lapidas eos
qui a te miſſi ſunt: quo
tiens volui congregare
filios tuos quēadmodū
gallina congregat pul
los ſuos ſub alās ſuas.
et noluiſti. Ecce relin
quetur vobis domus
veſtra deſerta. Dico eīn
vobis: non me videbitiſ
a modo donec dicatis.
Benedictus qui venit
in nomine domini.
offˀ. In virtute tua do
mine letabitur iuſtus et
ſup ſalutare tuum exal
tabit vehementer deſideri
um anime eiꝰ tribuiſti ei.
Suſcipe Secreta.
domine munēa
pro tuorum cōmemora
tione ſanctorum. vt qd̄
illos paſſio glorioſos
effecit: nos deuotio red
dat innocuos. Per. cōm
Uideo celos apertos et ie
ſum ſtantem a dextris vir
tutis dei domine accipe ſpi
ritum meum et ne ſtatu
as illis hoc pcc̄m quia ne
ſciunt quid faciunt. Poſt
Auxilietur cōm
nobis domine
ſumpta miſteria et inter
cedente beato ſtephano
martire tuo ſempiter
na protectione confir
ment. Per. Sancti
Johānis euangeliſte. offic
In medio eccle
ſie aperuit os
eius et imple
uit eum dominus ſpū ſa
pientie et intellectus ſto
la glorie induit eum.
pſ. Bonum eſt confite
ri domino: et pſallē noī
tuo altiſſime. Gloria ora.
Eccleſiam tuam
domine benignˀ

illuſtra: ut beati iohãnis
apli tui et euangeliſte
illuminata doctrinis.
ad dona perueniat ſem
piterna. Per. Lco. l' Sapie
Qui timet deum
faciet bona: et
qui continens ē iuſticie
apprehendet illam & ob
uiabit illi quaſi mater
honorificata. Cibabit
illum pane uite et intel
lectus: et aqua ſapie
cie ſalutaris potabit
illum. Et firmabitur
in illo et nõ flectetur.
et continebit illum et
non confundetur: et
exaltabit illum apud
proximos ſuos. In me
dio eccleſie aperiet os ei?
et implebit eũ dñs ſpũ
ſapiencie et intellectus.
et ſtolam glie induet eũ.
Iocunditatem et exulta
tionem theſaurizabit
ſuper eum. Et nomine
eterno hereditabit illũ
dominus deus noſter.
℟. Reſponſorium.

Exiit ſermo inter fratres
quod diſcipul' ille nõ mo
ritur. ℣. Sed ſic eum uolo
manere donec ueniam tu
me ſequere. Alleluya ℣.
Hic eſt diſcipulus ille q̄
teſtimonium perhibet de
his et ſcimus quia uerũ
eſt teſtimoniũ eius. Proſa
Gratulemur ad fe
ſtiuum iocundem
ad uotum iohannis pco
nium. Sic uerſetur laus
in ore ne fraudetur cor ſa
pore quo deguſtet gaudiũ
Hic eſt xpi predilectus qui
reclinans ſupra pectus
hauſit ſapienciam. Huic
in cruce commendauit xp̄s
matrem hic ſeruauit. Virgo
uirum neſciam. Intus ar
dens caritate foris lucens
puritate ſignis et eloquio.
Ut ab eſtu criminali ſic
īmunis a penali prodiit
ex dolio. Vim ueneni ſu
perauit morti morbis im
perauit nec nõ et demoni
bus. Sed uir tante pote
ſtatis nõ minoris pietatis

erat tribulantibus. Cum
geminatum partes frac
tas ſolidaſſet has diſtrac
tas: tribuit pauperibus.
In exhauſtum fert theſau
rum qui de virgis fecit au
rum gemmas ex lapidibꝫ
Inuitatur ab amico con
uiuari xpiſtum dico vbi ſi
cum diſcipulis. De ſepul
chro quo deſcendit redit
viuus ſic aſcendit fruꝰ ſū
mus epulis. Teſtem habeſ
populum imo ſi vis occulū
quod ad eius tumulum
manna ſcatet epulum:
de xpiſti conuiuio. Ferens
euangelium aquile fert
proprium. cernens ſolis
radium ſcilicet principiū
verbum in principio. Huiꝰ
ſignus eſt conuerſa gens ge
tilis gens peruerſa. gēs to
cius a ſe. Huius ſcriptꝰ
illuſtratur: illuſtrata ſoli
datur vnitas eccleſie. Sal
ue ſalus vas pudoris. vas
celeſtis plenum roris mū
dum intus clarum foris
nobile per omnia. Fac noſ
ſequi ſanctitatem fac per
mentis puritatem. cōtem
plari trinitatem vnam in
ſubſtancia. Amen. Scdm
In illo tē: Johem
Dixit ihūs petro.
Sequere me. Conuerſus
petrus vidit illum diſci
pulum quem diligebat
iheſus ſequentem: qui et
recubuit in cena ſup pec
tus eius. et dixit. Domine
quis ē qui tradet te? Hūc
ergo cum vidiſſet petrus:
dixit iheſu. Domine: hic
autem quid? Dicit ei ihs
Sic eum volo manere do
nec veniam. Quid ad te?
Tu me ſequere. Exijt ḡ
ſermo iſte inter fratres:
quia diſcipulus ille nō
moritur. Et non dixit ei ihs
non moritur: ſed ſic eū
volo manere donec veni
am. quid ad te? Hic ē diſ
cipulus ille: qui teſtimoni
um phibet de his. et ſcripſit
hec. Et ſcimus quia verū
eſt teſtimonium eius.
Offertorium. Credo

Juſtus ut palma florebit
ſicut cedrus que in libano
eſt multiplicabitur. Secr.
Suſcipe munera
domine que ĩ e⁹
tibi ſollempnitate deferi
mus. cuius nos confidim⁹
patrocinio liberari. Per.
Prefatio. Te domine
ſuppliciter exorare. com.
Exiit ſermo inter fratres
quod diſcipulus ille nõ mo
ritur et non dixit ihesus nõ
moritur ſed ſic eum volo
manere donec veniam.
Refecti cibo potuque
celeſti deus noſter
te ſupplices deprecamur.
ut in cui⁹ hec cõmemora
tione percipimus. eius mu
niamur et precibus. P.
Sanctorum Innocentium. off.
Ex ore infantiũ
deus et lacten
cium perfeciſti
laudem propter inimicos tu
os. ps Domine dominus nr:
qm admirabile eſt nomẽ tuũ
in univerſa terra. Si feſto fu
erit dñc dr. Glia in excelſis.

Deus cuius Oratio
hodierna die p̃co
nium innocentes marti
non loquendo ſ; moriẽdo
confeſſi ſunt: omnia ĩ no
bis viciorum mala mor
tifica: ut fidem tuã quã
lingua noſtra loquitur.
etiam moribus vita fate
atur. Per. lco libri apoca
lipſis beati Johis apli.
In diebus illis:
Vidi ſupra mõ
tem ſyon agnum ſtantẽ:
et cum eo centum qdragi
ta quatuor milia. habẽtes
nomen eius et nomẽ pa
tris eius ſcriptum ĩ fron
tibus ſuis. Et audivi
vocem de celo: tamq̃ vocẽ
aquarum multarum:
et tamq̃ vocem tonitrui
magni. Et vocem quam
audivi: ſic cytharedorũ
cytharizancium ĩ cytharis
ſuis. Et cantabant q̃ſi
canticum novum: ante
ſedem et ante quatuor a
nimalia et ſeniores. Et
nemo poterat dicere can

ticam: niſi illa centum
quadraginta quatuor
milia qui empti ſũt de
terra. Hi ſunt qui cum
mulieribus non ſunt
coinquinati: virgines
enim ſunt. Hi ſequũtur
agnum: quocunqꝫ ierit
Hi empti ſũt ex omnibꝫ
primitie deo et agno. Et
in ore ipſorum non eſt
inuentum mendacium
Sine macula ſunt ante
thronum dei. Rñſorium.
Anima noſtra ſicut paſ
ſer erepta eſt de laqueo ve
nantium. Vẞ. Laqueus
contritus eſt et nos libera
ti ſumus adiutorium no
ſtrum in nomine domini
qui fecit celum et terram.
Verſus. Laus tua deus. Vẞ.
Herodes iratus occidit mul
tos pueros in bethleem iu
de ciuitate dauid. Proſa.
Celſa pueri concre
pent melodia Pia
innocentum colentes tri
pudia. Quos infans xpc
hodie vexit ad aſtra. Hos

trucidauit frendens inſana
Herodiane fraudis. ob
nulla crimina. In beth
leem ipſius cuncta et per
confinia A bymatu et in
fra iuxta naſcendi tempo
ra. Herodes rex xpi nati
verens infelix imperia. In
fremit totus et erigit arma
ſuperba dextera. Querit lu
cis et celi regem cũ mente
turbida. Ut extinguat qui
vitam preſtat per ſua iacu
la. Dum non valent in
tueri lucem ſplendidam:
nebuloſa queruntur pectora
Ira feruet fraudes auget
herodes ſeuus. Ut perdat pi
orum agmina. Caſtra
militum dux iniquus ag
gregat. ferrum figit in me
bra tenera. Inter vbera
lac effudit: antequã ſan
guis fieret coagula. Ho
ſtis nature natos euiſcerat
atqꝫ iugulat. Ante pſter
nit quam etas paruula
ſumat robora. Quã beata
ſunt innocentum ab hero
de ceſa corpuſcula. Quã

felices extiterunt matres: que
fuderunt talia pignora.
O dulces innocentium acies
o pia lactentium pro xpiſto
certamina. Paruorum trucidantur
milia membris
ex teneris manant lactis
flumina. Ciues angelici
ueniunt in obuiam mira
uictoria uite captat p̄mia
turba candidiſſima. Te
xpiſte petimus mente deuotiſſima.
noſtra q̄ uenuſti
reformare ſcl'a innocentū
gloria. Perfrui nos concedas
per eterna. Am. S̄.ma
thm

In illo tempore
Angelus domini
apparuit in ſompnis ioſeph
dicens. Surge et accipe
puerum et matrem
eius et fuge in egyptū:
et eſto ibi uſq; dum dicam
tibi. futurū ē enī:
ut herodes querat puerū
ad perdendum eū. Qui
ſurgens accepit puerū
et matrem eius nocte.
et ſeceſſit in egiptum.
et erat ibi uſq; ad obitū
herodis: ut adimpleretur
quod dictum eſt a domīo
per prophetam dicentem
Ex egypto uocaui filiū
meum. Tunc herodes
uidens quoniam illuſus
eſſet a magis: iratus ē
ualde. Et mittens occidit
omnes pueros q̄ erant
in bethleem et in omnibus
finibus eius ab ima
tu et infra: ſcd'm temp'
quod exquiſierat a magis.
Tunc adimpletū
eſt quod dictum per iheremiam
pphetam dicentem.
Vox in rama audita
ē ploratus et ululatus
multus: rachel plorans
filios ſuos. Et
noluit conſolari quia
non ſunt. Offertorium
Anima noſtra ſicut paſſer
erepta eſt de laqueo
uenanciū laqueus contritus
eſt et nos liberati
ſumus. Secreta.

Sanctorum tuorum
nobis domine
pia nō deſit oro: que et

munera nostra cōciliet:
et tuam nobis indulgē
tiam semper obtineat.
Per. Communio.
Vox in rama audita est plo
ratus et ululatus rachel plo
rans filios suos et noluit cō
solari quia non sunt. Post
Votiua communio
domine dona p
cepimus que sanctoꝝ
nobis precibus et p̄ntes
ute quesumus pariter
et eterne tribue conferre
subsidium. Per. Dñe
Infra octabas Officium.
Dum medium
silencium tene
rent omnia et
nox in suo cursu mediū iter
haberet omnipotens sermo
tuus domine de celis a rega
libus sedibus venit. Ps.
Dominus regnauit deco
rem induit induit dominus fortitu
dinem et precinxit se virtute.
Gloria patri. Oratio.
Omnipotens sem
piterne deus dirige
actus nostros in benepla

cito tuo: ut in nomine di
lecti filii tui mereamur bo
nis operibus habundare.
Qui tecum viuit et regnat.
Lectio ep̄le b. pauli. a. ad
Fratres: Galathas.
Quanto tempo
re heres paruulus est: nich
differt a seruo cum sit do
minus omnium: sed sub
tutoribus et auctoribus
est: usque ad prefinitū tem
pus a patre. Ita et nos cū
essemus paruuli: sub ele
mentis mundi eramus
seruientes. At ubi venit
plenitudo temporis: misit
deus filium suum natū
ex muliere. factum sub lege
ut eos qui sub lege erant
redimeret: ut adoptionē
filiorum reciperemus. Quo
niam autē estis filii dei:
misit deus spiritum filii sui in corda
nostra clamantem abba
pater. Itaque iam non ē
seruus sed filius. Quod
si filius et heres per deum
Grad. Speciosus forma p̄
filiis hominū diffusa est gratia

in labijs tuis. ℣ Eructauit
cor meū verbum bonum dico
ego opera mea regi: lingū mea
calamus ſcribe velociter ſcribē
tis. Alleluya. ℣ Dominus
regnauit decorem induit in
duit dominus fortitudinem
et precinxit ſe virtute. Pſa.
Hunc ſtorum virgīa
lem: hymnū dicat
ſpiritalem: per orbem eccliā.
In quo iacet ſicut placet ver
bum patris ſine matris: ſalua
pudicicia. Per hoc verbum
incarnatum: genus ade repa
ratum redit ad celeſtia. Fide
duce migratur. diligenti refe
ratur ſtudio p ſingula. Qd
de matre predicetur quid de
verbo recitetur per vatū ora
cula. Yſaias loquitur virga
ieſſe orietur ſurget flos de vir
gula. Virga notat virginē
et flos deum hominem repa
rantem ſecula. Daniel dic
clara fronte hic abſciſus eſt
de monte lapis frangens ſta
tuam. Mons eſt virgo la
pis verbum deſtruens reg
num ſupbum per legem p
petuam. Manu fortis quid
predicat q̄ goliam fortē vicit
in funda et lapide fide bella
ſuperauit. preſſit hoſtes vi
res ſtrauit. dauid gentis per
fide. Funda caro verbū lapiſ
ſi quod dico mundū ſapis
crede tamen omnia. Iam
de terra veritas orta eſt nec
caſtitas: incurrit contagia.
O q̄m ſanctus partus iſte
in quo nichil fuit triſte im
mo plenus gaudio. Preter
morem eſt hic partus. nul
lus dolor grauat artus vir
ginis de filio. Obumbrauit
et ſacrauit partum illum
tam tranquillum plenī
tudo gracie. Ut exiret et
prodiret homo magnus
mitis agnus gemine ſub
ſtancie. Ad delendū mor
tis iura carnis noſtre quē
natura intra clauſtra te
git pura genitricis marie.
Ortus xpriſti pacem donat
puer iacet et coronat man
ſuetos vt deponat filios ſu
perbie. Gratie illuminati
ad preſepe regis nati: qui

verba libri ſignati ſolus po
teſt ſoluere. Canticū nouū
cantemus virginis partū
laudemus nouū ducē ado
remus qui nos venit querere.
Ergo noſter reformator:
eſto noſter miſerator. Quoſ pater
quos creaſti quorum
mentes tu ſignaſti. vult⁹
tui lumine. Ut ad regnū
perducantur quod futurꝫ
pſtolantur. et letentur tue
pacis qm̄ tu bone bene fa
cis: de beatitudine. Amē
Secundum Lucam.
In illo tempore:
Erant ioſeph et
maria mater iheſu mi
rantes ſuper his que di
cebantur de illo. Et bene
dixit illis ſymeon: et
dixit ad mariam ma
trem eius. Ecce poſitus
eſt hic in ruinam. et in
reſurrectionem multo
rum ī iſrael: et in ſignū
cui contra dicetur. Et tu
am ipſius animam p
tranſibit gladius: vt
reuelentur ex multis
cordibus cogitationes.
Et erat anna pphetiſſa
filia fanuel de tribu aſer
Hec proceſſerat in diebus
multis: et vixerat cum
viro ſuo annis ſeptem:
a virginitate ſua. Et
hec vidua vſqꝫ ad annos
octoginta quatuor. que
non diſcedebat de templo
ieiunijs et orationibus
ſeruiens nocte ac die.
Et hec ipſa hora ſuperue
niens confitebatur dño:
et loquebatur de illo om
nibus qui expectabant
redemptionem ierlm̄.
Et ut perfecerunt om̄ia
ſcdm̄ legem domini: re
uerſi ſūt in galileam in
ciuitatem ſuā nazareth.
Puer autem creſcebat:
et confortabatur. plen⁹
ſapiencia. Et gracia dei
erat in illo. Offertorium.
Deus cum firmauit orbē
terre q̄ non cōmouebitur:
parata ſedes tua deus ex tūc
a ſclō tu es. Secr.
Concede queſum⁹

domine vt oculis tue maiestatis munus oblatū. et gratiam nobis pie deuotionis obtineat et effectum beate perhēnitatis acquirat. P. Pref. et. Cōmu vt s. Cōmu.
Tolle puerum et matrē eius et vade in terrā iuda defuncti sunt enī qui querebant animā pueri. Post
Per huius com. domine operationem misterij et vicia nostra purgentur et iusta desideria compleāt. Per. In circumcisione domini Ad missā Introit.
Puer natus est nobis et filius datus est nobis cuius imperium super humerum eius et vocabitur nomen eius magni consilij angelus. Ps. Cantate domino canticū nouum quia mirabilia fecit. Glā
Deus qui Oratio. nobis nati saluatoris diem celebrare concedis octauum: fac nos quesumus eius perpetua diuinitate muniri. cuius sumus carnali commercio reparati. Qui tecum. Ad titū.
Carissime: Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei. Non ex operibus iusticie que fecimus nos: sed scdm suam miam saluos nos fecit. per lauacrū regenerationis et renouationis spiritussancti quem effudit in nos abunde per ihesum xpm saluatorem nostrum. Ut iustificati gratia ipsius heredes simus: secundum spem vite eterne. In xpristo ihesu domino nostro. Rns.
Viderunt omnes fines terre salutare dei nostri: iubilate deo omnis terra. V. Notum fecit dominus salutare suū in conspectu gentium reuelauit iusti

ciam ſuam. Alleluya. V.
Multipharie olim deus lo
quens patribus in prophetis
nouiſſime diebus locutus eſt
nobis in filio ſuo. Proſa
Ecce recolamus laudi
bus piis digna.
Huius diei carmina in qua
noua lux oritur gratiſſima
Noctis interit nebula. pere
unt noſtri criminis umbracula
Hodie ſeculo maris ſtella
eſt enixa noue ſalutis gau
dia. Quem tremunt bara
tra mors cruenta pauet ip
ſa a quo peribit mortua.
Gemit capta peſtis antiqua
coluber liuidus perdit ſpolia
Homo lapſus ouis abduc
ta: reuocatur ad eterna gau
dia. Gaudent in hac die ag
mina angelorum celeſtia.
Quia erat dragma decima
perdita et eſt inuenta. O
culpa nimium beata qua
redempta eſt natura Deus
qui creauit omnia naſcitur
ex femina. Mirabilis na
tura mirifice induta aſſu
mens quod non erat ma
nens quod erat. Induitur
natura diuinitas humana
quis audiuit talia dic ro
go facta. Querere venerat
paſtor pius quod perierat. In
duit galeam certat ut mi
les armatura. Proſtratus
in ſua propria ruit hoſtis
ſpicula auferuntur tel.
In quibus fidebat diuiſa ſunt
illius ſpolia capta preda ſua
Xpiſte pugna fortiſſima:
ſalus noſtra eſt vera. Qui
nos ſuam ad patriam du
xit poſt victoriam. In qua
ſibi laus eſt eterna. Amen

Secundum Lucam.

In illo tempore:
Poſtquam con
ſummati ſunt dies octo
ut circumcideretur puer:
vocatum eſt nomen eius
iheſus. Quod vocatum eſt
ab angelo: priuſquam in
utero conciperetur.

Credo. Offertorium.

Tui ſunt celi et tua eſt terra
orbem terrarum et plenitudi
nem eius tu fundaſti iuſticiam et
iudicium preparatio ſedis tue.

Muneribus Secr.
noſtris queſumus
domine precibuſq; ſuſcep
tis. et celeſtibus nos mũ
da myſteriis et clementer
exaudi. Per. Qua per
incarnati. Communicãtes
Cõ. Viderunt omnes fines
terre ſalutare dei noſtri.
Preſta Poſtcõm
queſumus domi
ne ut quod ſaluatoris no
ſtri iterata ſollempnitate
percepimus: perpetue nob
redemptionis conferat me
dicinam. Per eũd. In
die epiphanie dñi. officium



Ecce aduenit dominator dominus et regnũ in manu
eius et poteſtas et imperiũ.
Ps. Deus iudicium tuum
regi da: et iuſticiã tuã filio
regis. Gloria patri Oratio
Deus qui hodierna
die unigenitum
tuum gentibus ſtella du
ce reuelaſti: concede propi
cius. ut qui iam te ex fide
cognouimus uſq; ad contem
plendam ſpeciem tue cel
ſitudinis perducamur. Per.
eũd. Lectio yſaie prophete
Surge illuminare
iheruſalem. quia
uenit lumen tuũ. et gl'ia
domini ſuper te orta eſt.
Quia ecce tenebre operient
terram: et caligo populos.
Sup te autem orietur do
minus: et gloria eius in
te uidebitur. Et ambula
bunt gentes in lumine
tuo: et reges in ſplendore
ortus tui. Leua in circu
itu oculos tuos et uide: om
nes iſti congregati ſunt
uenerunt tibi. Filij tui de
longe uenient: et filie tue
de latere ſurgent. Tunc
uidebis et afflues et mira
bitur et dilatabitur cor
tuum: quando conuerſa
fuerit ad te multitudo ma
ris. fortitudo gentium ue
nerit tibi. Inundatio ca
melorum operiet te: dro

medam madian ⁊ epha.
Oĩs de ſaba venient:
aurum et thus deferẽtes
et laudem domino ãnũ
tiantes. Reſponſorium
Omnes de ſaba venient
aurum et thus deferentes
et laudem domino ãnũ
ciantes. V⁹ Surge et illu
minare iheruſalem quia
gloria domini ſuper te or
ta eſt. Alleluya. Vſus
Vidim⁹ ſtellam eius in
oriente et venimus cum
muneribus adorare dñm
Epiphaniam psa
domino canam⁹
glorioſam. Qua prolem
dei vere magi adorant Im
menſam caldei cui⁹ p̃ſe qȝ
venerantur potenciã Quẽ
cuncti prophete cecinẽ ven
turum gentes ad ſaluan
das. Cui⁹ maieſtas ita
eſt inclinata vt aſſume
ret ſerui formam. Ante
ſecula qui deus et tempo
ra: homo fact⁹ eſt ĩ maria
Balaam de quo vaticinãſ
exibit ex iacob rutilans

inquit ſtella. Et confringet
ducum agmina regionis
moab maxima potencia.
Huic magi munera defe
runt p̃clara: aurum ſimil'
thus et mirram. Thure
deum predicant. auro regẽ
magnum hominem mor
talem myrra. In ſompnis
hos monet angelus ne re
deant ad regem commo
tum propter regna. Pa
uebat etenim nimium re
gem natum. verens amit
tere regni iura. Magi ſibi
ſtella micante preuiã per
gunt alacres itinera pat'
am que eos ducebat ad p
priam linquentes herodis
mandata. Qui percuſſus
corde nimium pre ira. ex
templo mandat eludia
magica non linq̃ taliter
impunita ſȝ mox priuari
eos vita. Omnis nunc cat
ua hymnulum iungat lau
dibus organi pneuma
Mistice offerens regi regũ
xp̃o munera precioſa. Po
ſcens vt per orbem regna

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE

omnia protegat in secula
sempiterna Amen.

Secundum matheum.

Cum natus esset
ihesus in bethleē
iude in diebus herodis re
gis: ecce magi ab oriente
venerunt iherosolimam
dicentes Ubi ē qui nat9
est rex iudeorum? Uidi
mus enim stellam eius
in oriente: et venimus
adorare eum. Audiens
autem herodes rex turba
tus ē: et omnis iherosoli
ma cum illo. Et cōgre
gans omnes principes
sacerdotum et scribas
populi: sciscitabatur ab
eis ubi xp̄us nasceretur.
At illi dixerunt ei. In
bethleem iude. Sic enim
scriptum ē per propheta
Et tu bethleem terra iu
da: nequaquā minima es
in principib9 iuda. Ex
te enim exiet dux: qui
regat populum meum
israel. Tunc herodes clam
vocatis magis: diligenter
didicit ab eis tempus stel
le que apparuit eis. Et
mittens eos in bethleem
dixit. Ite et interrogate
diligenter de puero. et cū
inueneritis renunciate
michi. ut et ego veniens
adorem eum. Qui cum
audissent regem: abie
runt. Et ecce stella quā
viderant in oriente an
tecedebat eos: usque dum
veniens staret sup̄ ubi
erat puer. Videntes aūt
stellam: gauisi sūt gau
dio magno valde. Et
intrantes domū: inuene
runt puerum cū maria
matre ei9. Et procidentes
adorauerunt eum. Et
apertis thesauris suis.
obtulerunt ei munera
aurum thus et mirrā
Et responso accepto in
sompnis . ne redirent ad
herodem: per aliam viā
reuersi sunt in regionē
suam. Credo i.b. offr.
Reges tharsis et insule mu
nera offerent reges arabū

et ſaba dona adducent et
adorabunt eum omnes reges
terre omnes gentes ſerui
ent ei. Secreta.

Eccleſie tue queſumus
domine dona pro
picius intuere: quibus
non iam aurum. thus
et mirra profertur: ſed
quod eiſdem muneribus
declaratur immolatur
et ſumitur. Per. Infra act.

Communicantes
et diem ſacratiſ
ſimum celebrantes quo
unigenitus tuus in tua
tecum gloria coeternus
in veritate carnis nre
viſibiliter corporalis
apparuit. Sed et memo
riam venerantes. In
primis glorioſe ſemp
virginis marie genitri
cis eiuſdem dei et domi
noſtri iheſu xpiſti. Sz
et beatorum apoſtolorum
Co Vidimus ſtellam eius
in oriente et venimus cum
muneribus adorare domi
num. Poſtcommunio

Preſta queſumus
omnipotens deus:
ut que ſollempni celebra
mus officio purificate men
tis intelligencia conſequamur.
P. dominum. Dominica infra oct.

In excelſo officium
throno vidi ſe
dere virum quem
adorat multitudo angelorum
pſallentes in unum ecce
cuius imperii nomen eſt
in eternum. ps. Iubilate deo omnis
terra ſeruite dno in leticia.
Gloria patri. Oratio

Vota queſumus do
mine ſupplicantis
populi celeſti pietate pro
ſequere: ut et que agenda
ſunt videant et ad imple
da que viderint conuale
ſcant. P. Ad romanos.

Fratres: Obſecro
vos per miſericor
diam dei: ut exhibeatis
corpora veſtra hoſtiam
viuentem. ſanctam deo pla
centem. racionabile obſe
quium veſtrum. Et nolite
conformari huic ſeculo.

ſ· eformamini

ſed reformamini in no
uitate ſenſus veſtri. vt
probetis que ſit volūtas
dei bona. et beneplacens.
et perfecta. Dico enim
per gratiam que data
eſt michi. omnibus q̄
ſunt inter vos: nō plus
ſapere quam oportet ſa
pere ſed ſapere ad ſobrie
tatem. Et vnicuiq; ſicͧ
deus diuiſit menſuram
fidei. Sicut enim ī vno
corpore multa membra
habemus. omnia autē
membra non eundem
actum habent: ita multi
vnum corpus ſumus ī
xpriſto. Singuli autē
alter alterius membra.
In xpriſto iheſu: dominō
noſtro. Reſponſorium.
Benedictus dominus deus
iſrael q̄ facis mirabilia
magna ſolus a ſeculo. V.
Suſcipiant montes pacē
populo tuo et colles iuſti
ciam. Alleluya. verſus.
Iubilate deo omnis terra
ſeruite dn̄o in leticia. pſa

Uirgo mater ſaluato
ris, angelorū grata
chorisʼ nitis fonte ſeria fontis
nos benignus precibus. Pro
tuliſti virga florem cuius
floris in odorem ſancti cur
runt per amorem pijs cum
muneribus. Tria dona
reges ferunt ſtella duce re
gem querunt p̄ que certi
ſemp erunt de ſupno luce.
Auro regem venerantes.
thure deum deſignantes.
mirra mortem memoran
tes ſacro docti flamine Di
es iſte iubileus dici debet
quo ſabens plene credens
quod ſit deus mentis gau
det reque. Plebs hebrea ia
tabeſcat multa ſciens deū
neſciat. ſed gentilis fide cre
ſcat viſa xpriſti facie. Sy
nagoga ceca doles quia
ſacre creſcat proles ad ancil
le prolem moles grauius p̄
mat criminum. Tu ta
beſcis et laboras ſara ridet
dum tu ploras quia no
uit quem ignoras redem
ptorē hominū. Conſeccut

pacis ore iacob gaudeo
cum tremore tu rigans
celi rore et terre pinguedi
ne. Delectaris in terrenis
rebus vanis et obſcenis.
iacob tractat de ſerenis.
et xpiſti dulcedine. Vn
guentorum in odore ſci
currunt cum amore qua
nouo fragrat flore noua
xpiſti vinea. Ad premi
prius prona iam percipit
ſponſi dona ſponſa recens
et corona decoratur aurea.
Aſtat ſponſa regi nato
cui ritu ſeruit grato in ve
ſtitu deaurato aureis in
fimbrijs. Orta roſa eſt
ex ſpinis cuius ortus ſine
finis ſemper ſtudet in diuinis
et regis delicijs. Hec eſt
ſponſa ſpiritualis vero ſpon
ſo ſpecialis ſponſus iſte
nos a malis ſeruet et e
ripiat. Mores tollat hu
ineptos ſibi reddat nos
acceptos et ab hoſte ſic e
reptos in celis recipiat.
Amen. Sequentia Sancti
euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore:
Cum factus eſſet
iheſus annorum duode
cim: aſcendentibus illis
iheroſolimam ſecundum con
ſuetudinem diei feſti
conſummatiſque diebus
cum redirent, remanſit
puer iheſus in ieruſalem
et non cognouerunt pa
rentes eius. Exiſtiman
tes autem illum eſſe
in comitatu: venerunt
iter diei et requirebant
eum inter cognatos et
notos. Et non inueni
entes: regreſſi ſunt in
ieruſalem requirentes
eum. Et factum eſt
poſt triduum: inuene
runt illum in templo
ſedentem in medio do
ctorum, audientem illos
et interrogantem. Stu
pebant autem omnes qui
eum audiebant ſuper
prudencia et reſponſis
eius: et videntes admi
rati ſunt. Et dixit
mater eius ad illum.

fili. quid fecisti nob' sic? Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos Quid est quod me querebatis? Nesciebatis quia in his que patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum. quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis et venit nazareth: et erat subditus illis Et mat' eius conservabat omnia verba hec: in corde suo. Et ihesus proficiebat sapiencia. etate et gratia apud deum et homines.

Offertorium.

Iubilate deo omnis terra iubilate deo omnis terra servite domino in leticia intrate in conspectu eius in exultatione quia dns ipse est deus.

Oblatum tibi domine sacrificium vivificet nos semp et muniat. Per dns. Prefat Quia cu uni

Communicantes. Co. Fili quid fecisti nobis sic ego et pater tuus dolentes querebamus te et quid est quod me querebatis nesciebatis quia in his que patris mei sunt oportet me esse. Postcommunio.

Supplices te rogamus omnipotens deus: ut quos tuis reficis sacramentis. t. etiam placitis moribus dignanter deservire concedas. Per dominum.

In capite Ieiunii. Introit.

Misereris omnium domine et nichil odisti eorum que fecisti dissimulans peccata eorum propter penitenciam et parcens illis quia tu es dominus deus noster. psal. Miserere mei deus miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. Gloria patri. Oratio. Presta quesumus domine fidelibus

flectam' a

nus: ut ieiuniorū vene
randa ſollempnia [illegible]
et congrua pietate ſuſ
cipiant. et ſecura deuo
tione percurrant. Per.

Lcō Joelis prophete.

Hec dicit dominꝰ
deus. Conuer
timini ad me in toto
corde veſtro in ieiunio ⁊
fletu. et planctu: et ſcin
dite corda veſtra. et nō
veſtimenta vr̄a. Et con
uertimini ad dominū
deum veſtrum: quia be
nignꝰ et miſericors ē.
paciens et multe miſe
ricors et preſtabilis ſu
per malicia. Quis ſcit ſi
conuertatur et ignoſcat
deus et relinquat poſt ſe bn̄
dictionem. Sacrificiū
et libamen. domino deo
nr̄o. Canite tuba in ſy
on. ſanctificate ieiuniū
vocate cetum congregate
populum ſanctificate ec
cleſiam. coadunate ſenes
congregate paruulos ⁊ ſugē
tes vbera. Egrediatur ſponſus
de cubili ſuo: et ſponſa
de thalamo ſuo. Inter ve
ſtibulum et altare plo
rabant ſacerdotes mini
ſtri domini et dicent. Par
ce domine parce populo
tuo: et ne des hereditatē
tuam in obprobrium
vt non dominentur eis
nationes. Quare dicunt ī
populis vbi ē deus eorū?
Zelatus ē dominus ter
ram ſuam: et pepercit po
pulo ſuo. Et reſpondit
dominus: et dixit poplō
ſuo. Ecce ego mittā vob
frumentum et vinum
et oleum. et replebimini
in eis: et non dabo vos
vltra obprobrium ī gen
tibus. Dicit dominus
omnipotens. R. Gradu.
Miſerere mei deus miſerē
mei quoniam in te confidit
anima mea. V. Miſit de
celo et liberauit me dedit in
obprobrium conculcantes
me. Tractus

Domine non ſecūdum
peccata noſtra que fe

eunus nos neqꝫ ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum cito anticipent nos miſericordie tue quia pauperes facti ſum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſt͛ et ꝓpter gloriam nominis tui dñe libera nos et propicius eſto pctis noſtris propter nomen tuum. Sc͞dm In illo tẽ: mathm. Dixit iheſus diſcipulis ſuis. Cum ieiunatis: nolite fieri ſicut ypocrite triſtes. Exterminant enim facies ſuas: vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis: quia receperūt mercedem ſuam. Tu autem cum ieiunas vnge cap̄ tuum. et faciem tuā laua ne videaris hominibus ieiunans. ſed patri tuo qui e͛ in abſcondito: et pater tuus q̄ videt in abſcondito reddet tibi. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra: vbi erugo et tinea demolit͛: et ubi fures effodiunt et furāt͛. Theſaurizate autem vob̄ theſauros in celo: ubi neqꝫ erugo neqꝫ tinea demolitur. ubi fures non effodiunt nec furantur. Ubi enim eſt theſaurus tuus: ibi e͛ cor tuum. Offertoꝛ. Exaltabo te domine quoniam ſuſcepiſti me nec delectaſti inimicos meos ſup me domine clamaui ad te et ſanaſti me. Secreta. Fac nos queſumꝰ domine his muneribus offerendis conuenienter aptari: quibus ipſius venerabilis ſacramenti celebram⁹ exordium. Per. Prefatio. Qui corporali ieiunio vitia compmis. Com. Qui meditabitur in lege domini die ac nocte dabit fructum ſuum in tempore ſuo. Poſtcōmunio. Percepta nobis domine prebeant

sacramenta subsidium
ut et tibi grata sint no
stra ieiunia et nobis pro
ficiant ad medelam. Per.
humiliate capita vestra deo
Inclinantes super populum se domine maie
statis tue propiciacionis in
tende: ut qui divino mu
nere sunt refecti celestibus
semper nutriantur auxi
liis. Per. Dominica prima
quadragesime. Introitus
Invocavit me
et ego exaudi
am eum eripi
am eum et glorificabo eum
longitudine dierum adim
plebo eum. Ps. Qui ha
bitat in adiutorio altissi
mi in protectione dei celi
commorabitur. Gloria
Deus qui Oratio
ecclesiam tuam
annua quadragesima
li observatione purificas
presta familie tue ut quod
a te obtinere abstinendo
nititur: hoc bonis operibus
exequatur. Per.
Ad chorinthios.

Fratres: Hortamur
vos. ne in vacuum
gratiam dei recipiatis.
Ait enim. Tempore ac
cepto exaudivi te: et in
die salutis adiuvi te.
Ecce nunc tempus accep
tabile: ecce nunc dies
salutis. Nemini dantes
ullam offensionem. ut
non vituperetur ministe
rium nostrum: sed in omnibus
exhibeamus nosmetipsos.
sicut dei ministros. in multa
paciencia. in tribulatio
nibus. in necessitatibus.
in angustiis. in plagis.
in carceribus. in seditio
nibus in laboribus. in
vigiliis. in ieiuniis in ca
stitate. in sciencia in lon
ganimitate. in suavita
te. in spiritu sancto. in
caritate non ficta. in verbo
veritatis. in virtute dei.
per arma iusticie: a dextris
et a sinistris. Per gloriam
et ignobilitatem. per in
famiam et bonam famam.
Ut seductores: et veraces

Sicut qui ignoti et cogniti. Quasi morientes: et ecce vivimus. Ut castigati: et non mortificati. Quasi tristes: semper autem gaudentes. Sicut egentes: multos autem locupletantes. Tanquam nihil habentes: et omnia possidentes. Tractus.

Angelis suis mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis. Versus. In manibus portabunt te ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum. Tractus.

Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione dei celi commorabitur. V. Dicet domino susceptor meus es et refugium meum deus meus sperabo in eum. V. Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium et a verbo aspero. V. Scapulis suis obumbrabit tibi et sub pennis eius sperabis. V. Scuto circundabit te veritas eius non timebis a timore nocturno. V. A sagitta volante per diem a negotio perambulante in tenebris a ruina et demonio meridiano. V. Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis: tibi autem non appropinquabit. V. Quoniam angelis suis mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis. V. In manibus portabunt te ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum. V. Super aspidem et basiliscum ambulabis et conculcabis leonem et draconem. V. Quoniam in me speravit liberabo eum protegam eum quoniam cognovit nomen meum. V. Invocavit me et ego exaudiam eum cum ipso sum in tribulatione. V. Eripiam eum et glorificabo eum. Versus. Longitudine dierum adimplebo eum et ostendam illi salutare meum.

Secundum mattheum.

In illo tempore: Ductus est ihesus in desertum a spiritu: ut temptaretur a diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus: postea esuriit. Et accedens temptator dixit ei. Si filius dei es: dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptum est. Non in solo pane vivit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem: et statuit eum supra pinnaculum templi et dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsum. Scriptum est enim quia angelis suis mandavit de te. et in manibus tollent te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi ihesus rursum. Scriptum est. Non temptabis dominum deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem

excelsum valde: et ostendit ei omnia regna mundi. et gloriam eorum et dixit illi. Hec omnia tibi dabo si cadens adoraveris me. Tunc dixit ei ihesus. Vade sathana. Scriptum est enim. Dominum deum tuum adorabis: et illi soli servies. Tunc reliquit eum diabolus: et ecce angeli accesserunt: et ministrabant ei. Offertorium Scapulis suis obumbrabit tibi dominus et sub pennis eius sperabis scuto circumdabit te veritas eius. Secreta Sacrificium quadragesimalis initii sollempniter immolamus: te domine deprecantes: ut cum epularum restrictione carnalium: a noxiis quoque voluptatibus temperemus. Per. Communio. Scapulis suis obumbrabit tibi et sub pennis eius sperabis scuto circumdabit te veritas eius. Post communionem Qui nos domine sa

In diebus illis
Dixit yſaias.
Dominus deus aperuit
michi aurem: ego autẽ
non contradico. retror
ſum non abii. Corpus
meum dedi percucientibꝫ
et genas meas vellenti
bus. Faciem meã non
auerti ab increpantibꝫ
et conſpuentibꝫ ĩ me
Domine deus auxilia
tor meus. et ideo non
ſum confuſus. Ideo po
ſui faciem meam ut
petram duriſſimã: et
ſcio quia non confun
dar. Iuxta ē qui iuſtifi

cat me. Quis contendet
mecum? Stemus simul
Quis est adversarius meus?
Accedat ad me. Ecce do
minus deus auxiliator
meus. Quis est qui con
dempnet me? Ecce omnes
quasi vestimentum con
terentur: tinea comedet
eos. Quis ex vobis timens
deum. audiet vocem ser
vi sui? Quis ambula
vit in tenebris. et non
est lumen ei? Speret in
nomine domini: et inni
tatur super dominum deo
suo. Responsorium.
Exurge domine et inten
de iudicium meum deus
meus et dominus meus
in causam meam. V.
Effunde frameam et con
clude adversus eos qui me
persequuntur. Secundum Iohannem.
In illo tempore
Ante sex dies
pasche venit ihesus betha
niam ubi lazarus fue
rat mortuus quem sus
citavit. fecerunt autem
ei cenam ibi: et martha
ministrabat. Lazarus
vero unus erat ex discu
bentibus cum eo. Ma
ria ergo accepit libram
unguenti nardi pistici
preciosi. et unxit pedes
ihesu. et extersit capillis
suis: et domus impleta
est ex odore unguenti. Di
cit ergo unus ex discipu
lis eius iudas scarioth
qui erat eum traditurus?
Quare hoc unguentum
non venit trecentis de
nariis. et datum est egenis?
Dixit autem hoc: non
quia de egenis pertinebat
ad eum. sed quia fur erat.
et loculos habens ea que
mittebantur portabat.
Dixit ergo ihesus. Sine
illam: ut in diem sepulture
mee servet illud. Pau
peres enim semper habe
tis vobiscum: me autem
non semper habebitis. Co
gnovit autem turba mul
ta ex iudeis quia illic es
set: et venerunt non propter

iheſum tantum. ſed ut la
zarum viderent. quē ſu
ſcitavit a mortuis. Cogi
taverunt autem princi
pes ſacerdotum ut et laza
rum interficerent: quia
multi propter illum ab
ibant ex iudeis et crede
bant in iheſum. In cra
ſtinum autem turba mul
ta que venerat ad diem
feſtum cum audiſſent
quia iheſus venit ieroſo
limam: acceperunt ramos
palmarum. et proceſſerunt
obviam ei. et clamabant.
Oſanna benedictus qui
venit in nomine domi
ni rex iſrael. Et invenit
iheſus aſellum: et ſedit
ſuper eum ſicut ſcriptū
ē. Noli timere filia ſyon:
ecce rex tuus venit ſedens
ſuper pullum aſine. hec
nō cognoverunt diſci
puli eius primum: ſed qn
do glorificatus ē iheſus.
tunc recordati ſunt qa
hec ſcripta erant de eo.
et hec fecerunt ei. Teſtimo
nium ergo perhibebat t̄
ba: que erat cum eo qndo
lazarum vocavit de mo
numento et ſuſcitavit
eum a mortuis. Propterea
et obviam venerunt ei turba:
quia audierunt eum fe
ciſſe hoc ſignum. Pha
riſei ergo dixerunt ad
ſemetipſos: Videtis qr
nichil proficimus: ecce
mundus totus poſt eū
abiit. Erant autem gē
tiles quidam ex his qui
aſcenderant: ut adora
rent in die feſto. Hii ergo
acceſſerunt ad philippū
qui erat a bethſaida ga
lilee: et rogabant eum
dicentes: Domine: vo
lumus iheſum videre.
Venit philippus: et dicit
andree. Andreas rurſū
et philippus: dixerunt
iheſu. Iheſus autem reſ
pondit eis dicens. Venit
hora ut clarificetur filius
hominis. Amen amen
dico vobis: niſi granū

frumenti cadens in terrã
mortuum fuerit: ipſum
ſolum manet. Si autem
mortuum fuerit: multũ
fructum affert. Qui amat
animam ſuam: pẽdet eã.
Et qui odit animã ſuã
in hoc mundo: in vitam
eternam cuſtodit eam.
Si quis michi miniſtrat
me ſequatur. Et ubi ſũ
ego: illic et miniſter meus
erit. Si quis michi mini
ſtrauerit: honorificabit
eum pater meus. Nunc
anima mea turbata ẽ.
Et quid dicam: Pater:
ſaluifica me ex hac hora.
Sz propterea veni in horã
hanc. Pater clarifica no
men tuum. Venit ergo
vox de celo dicens. Et clari
ficaui: et iterum clarifi
cabo. Turba ergo que ſta
bat et audierat: dicebat
tonitruum factum eſſe.
Alii autem dicebant: an
gelus ei loquutus ẽ. Reſ
pondit iheſus: et dixit.
Non propter me hec vox
venit: ſed propter vos.
Nunc iudicium ẽ mun
di: nunc princeps huiuſ
mundi eicietur foras.
Et ego ſi exaltatus fuero
a terrã: omnia traham
ad meipſm. Hoc autem
dicebat: ſignificans q̃
morte eſſet moriturus.
Reſpondit ei turba. Noſ
audiuimus ex lege: q̃a
xpiſtus manet in eternũ.
Et quomodo tu dicis
oportet exaltari filium
filium hominis? Quiſ
ẽ iſte filius hoĩs? Dixit
ergo eis iheſus. Adhuc
modicum lumen ĩ vob
eſt. Ambulate dum lu
cem habetis: vt nõ tene
bre vos comprehendant.
Et qui ambulat ĩ tene
bris: neſcit quo vadat.
Dum lucem habetis,
credite in lucem: vt filij
lucis ſitis. Hec loquutuſ
ẽ iheſus: et abiit et abſ
condit ſe ab eis. Offer.
Eripe me de inimicis meis
domine ad te confugi doce me

facere voluntatem tuam quia
deus meus es tu. Secreta.
Hec ſacrificia nos
omnipotens deus
potenti virtute munda
tos ad ſuum faciant pu
riores venire principium.
Per. Communio.
Erubeſcant et reuereantur
ſimul qui gratulantur ma
lis meis induantur pudore
et reuerencia qui maligna
loquuntur aduerſum me.
Prebeant poſtcommunio.
nobis domine
diuinum tua ſancta
feruorem. quo eorum
pariter et actu delectemur
et fructu. Per. ſuper
Adiuua nos quesumus
deus ſalutaris
noſter et ad beneficia re
colenda quibus nos in
ſtaurare dignatus es.
tribue venire gaudentes.
Per. Feria quarta. maior
Nos autem glori
ari oportet in cru
ce domini noſtri
ihesu christi in quo eſt ſalus

vita et reſurrectio noſtra
per quem ſaluati et liberati
ſumus. Ps. Deus miſere
atur noſtri et benedicat
nobis illuminet vultum
ſuum ſuper nos et miſerea
tur noſtri. Gloria. Oratio.
Omnipotens
ſempiterne deus
da nobis ita dominice
paſſionis ſacramenta
peragere ut indulgen
ciam percipere mereamur.
Per dominum. Lectio Jeremie prophete
In diebus illis:
Dixit ieremias
Domine demonſtraſti
michi et cognoui. tu
oſtendiſti michi ſtudia
eorum. Et ego quaſi
agnus manſuetus qui
portatur ad victimam:
et non cognoui quoniam
cogitauerunt ſuper
me conſilia dicentes.
Mittamus lignum in
panem eius. et eradamus
eum de terra viuencium.
et nomen eius non me
moretur amplius. Tu

autem domine ſabbaoth
qui iudicas iuſte et pba
renes et corda: videam vl
tionem tuam ex eis. Ti
bi enim reuelaui cauſã
meam: domine deus me.
℟. Ego autem dum mi
chi moleſti eſſent induebã
me cilicio et humiliabam
in ieiunio animam meã:
et oratio mea in ſinu meo
conuertetur. ℣. Iudica
domine nocentes me expu
gna impugnãtes me ap
prehende arma et ſcutum
et exurge ĩ adiutoriũ michi

Paſſio domini nr̃i Ihũ
xpriſti Secũdm marcum

In illo tempore
Erat paſcha et
et azima poſt biduum:
et querebant ſũmi ſac
dotes et ſcribe quomodo
ihesum dolo tenerent et
occiderent. Dicebant eñ
Non in die feſto. Ne for
te tumultus fieret pplõ
Et cũ eẽt ihs bethaníe ĩ domo
ſymoñs lepſi ⁊ recũberet:
venit mulier habens
alabaſtrum vnguenti
nardi piſtici precioſi.
Et fracto alabaſtro: ef
fudit ſuper caput eius.
Erant autem quidã
indigne ferentes intra
ſemetipſos: et dicentes.
Vt quid perditio iſta vn
guenti facta ẽ: Poterat
enim vnguentũ iſtud
venundari pluſqm̃ tre
centis denariis et dari
pauperibus. Et fremebãt
in eam. Ihesus autẽ dixit
Sinite eam quid moleſti
eſtis illi. Bonum opus
operata ẽ in me. Semper
enim pauperes habebit
vobiſcum. et cum volue
ritis poteſtis illis benefa
cere: me autem nõ ſemp
habebitis. Quod habuit
hec fecit: preuenit vngẽ
corpus meum in ſepul
turam. Amen dico vob
vbicumqꝫ predicatum
fuerit euangeliũ iſtud
in vniuerſo mundo. et
quod hec fecit narrabit
in memoriam eius.

Et iudas ſcarioches vnuſ
de duodecim abiit ad ſū
mos ſacerdotes: vt proderet
eum illis. Qui audientes
gauiſi ſunt: et promiſe
runt ei pecuniam ſe da
turos. Et querebat quō
oportune illum traderet.
Et prima die azimorū
quando paſcha immola
bant: dicunt ei diſcipli
Quo vis eamus et pare
mus tibi vt manduces
paſcha? Et mittit duos
ex diſcipulis ſuis. et dicit
eis. Ite in ciuitatem: et
occurret vobis homo la
genam aque portans:
Sequimini eum: et quocūq;
introierit dicite domino
domus. quia magiſter
dicit. Vbi ē refectio mea vbi
paſcha cum diſcipulis
meis manducem? Et ipſe
demonſtrabit vobis ce
naculum grande ſtratū
et illic parate nobis. Et
abierunt diſcipuli eius.
et venerunt in ciuitatē.
et inuenerunt ſicut dixe
rat illis. et parauerunt
paſcha. Veſpere autē facto
venit cum duodecim. Et
diſcumbentibus eis et man
ducantibus: ait iheſus.
Amen dico vobis quia vnus
ex vobis me tradet qui man
ducat mecum. At illi ce
perunt cōtriſtari: et dicē
ei ſingillatim. Nunquid
ego? Qui ait illis. Vnus
ex duodecim: qui intingit
mecum manū in catino.
Et filius quidē hominis
vadit: ſicut ſcriptum ē
de eo. Ve autem homini
illi: per quē filius hominis
traditur. Bonum erat
ei: ſi non natus eſſet ho
mo ille. Et manducantibus
illis: accepit iheſus pa
nem et benedicens fregit.
et dedit eis et ait. Sumite:
hoc ē corpus meum. Et
accepto calice gratias agens
dedit eis. Et biberunt ex
illo omnes. Et ait illis
Hic ē ſanguis meus no
ui teſtamenti: qui pro
multis effundetur. Amen

dico vobis: quod iã non
bibam de genimine hu
ius vitis. usq; in diem
illum. cum illud bibã
novum in regno dei.
Et ẏmno dicto: exiert
in montem olivarum
Et ait illis ihesus. Omes
vos scandalizabimini
in me in nocte ista: qa
scriptum est. Percutiã
pastorem: et dispgent
oves. Sed postea q̃m re
surrexero: precedam vos
in galileam. Petrus
autem ait ei. Et si omes
scandalizati fuerint: s;
non ego. Et ait illi ihs
Amen dico tibi quia
tu hodie in nocte hac: p̃
usq̃m gallus dederit vo
cem ter me es negaturus
At ille amplius loque
batur. Et si oportuerit
me simul co̅mori tibi:
non te negabo. Simi
liter autem et omnes
dicebant. Et veniunt
in predium cui nome
gethsemani: et ait disci

pulis suis. Sedete hic:
donec orem. Et assum
psit petrum et iacobum
et iohannem secum: et
cepit pavere et tedere. et
ait illis. Tristis ẽ aĩa
mea: usq; ad mortem.
Sustinete hic: et vigi
late. Et cum processiss;
paululum: procidit su
per terram et orabat.
ut si fieri posset trãsiret
ab eo hora. Et dixit. Ab
ba pater: omnia tibi pos
sibilia sunt: transfer
calicem hunc a me. S;
non quod ego volo: sed
quod tu. Et venit et in
venit eos dormientes.
Et ait petro. Symon
dormis. Non potuisti
una hora vigilare me
cum? Vigilate et orate
ut nõ intretis in tempta
tionem. Spiritus quidẽ
promptus ẽ: caro vero
infirma. Et iterum a
biens oravit eundem s
monem dicens. Et re
versus denuo: invenit

cos dormientes. Erant enim
oculi eorum grauati: et
ignorabant quid respõ
derent ei. Et venit tertio:
et ait illis. Dormite iam
et requiescite. Sufficit.
Venit hora: ecce traditur
filius hominis in ma
nus peccatorum. Surgi
te eamus: ecce qui me tra
det prope est. Adhuc eo lo
quente: venit iudas sca
rioth vnus ex duodecim.
et cum illo turba multa
cum gladiis et lignis
missi a summis sacer
dotibus. et a summis scribis
et senioribus. Dederat
autem traditor eius si
gnum eis dicens. Quem
cumque osculatus fuero
ipse est: tenete eum et du
cite caute. Et cum venisset:
statim accedens ad eum
ait. Rabbi. Et oscula
tus est eum. At illi manus
iniecerunt in eum: et
tenuerunt eum. Vnus
autem quidam de circum
stantibus educens gla

dium. percussit seruum
summi sacerdotis: et am
putauit illi auriculam.
Et respondens ihesus ait
illis. Tanquam ad latronem
existis cum gladiis et li
gnis comprehendere me.
Quotidie apud vos eram
in templo docens: et non
me tenuistis. Sed ut im
pleantur scripture. Tunc
discipuli eius omnes re
linquentes eum fugerunt.
Adolescens autem quidam
sequebatur eum amictus
sindone super nudo: et te
nuerunt eum. At ille
relicta syndone: nudus
profugit ab eis. Et addu
xerunt ihesum ad sum
mum sacerdotem: et con
uenerunt omnes sacer
dotes et scribe et seniores.
Petrus autem a longe
secutus est eum. vsque
intro in atrium summi
sacerdotis: et sedebat cum
ministris et calefaciebat
se ad ignem. Summi vero
sacerdotes et omne con

aliuum querebant adū
ſus ihesum teſtimoniū.
ut eum morti traderent.
nec inueniebant. Multi
enim teſtimonium falſū
dicebant aduerſus eum:
et conuenientia teſtimo
nia non erant. Et quidā
ſurgentes falſum teſtio
nium ferebant aduerſ9
eum dicentes. Qm nos
audiuimus eum dicē
tem. Ego diſſoluam tē
plum hoc manufactū.
et poſt triduum aliud
non manufactum re
edificabo. Et nō erat
conueniens teſtimoni
um illorum. Et exur
gens ſummus ſacdos
in medium: interroga
uit ihesum dicens. Nō
reſpondes quicqm ad
ea que tibi obiciuntur
ab his. Ille autem ta
cebat: et nichil reſpon
dit. Rurſum ſummus
ſacerdos interrogauit
eum et dicit ei. Tu es
xpiſtus filius dei bene

dicti? Jhesus autem dix
illi. Ego ſum. et uidebi
tis filium hominis ſedē
tem a dextris uirtutis. et
uenientem cum nubib9
celi. Summus autem ſa
cerdos ſcindens veſtimē
ta ſua: ait. Quid adhuc
deſideramus teſtes. Au
diſtis blaſphemiā. qd
uobis uidetur? Qui oēs
condempnauerūt eum
eſſe reum mortis. Et
ceperunt quidā cōſpue
eum. et uelare faciem ei
et colaphis eum cedere
et dicere ei. Prophetiza.
Et miniſtri alapis eū
eum cedebant. Et cum
eſſet petrus in atrio de
orſum: uenit una ex a
cillis ſummi ſacerdotis
Et cum uidiſſet petrū
calefacientem ſe: aſpi
ciens illum ait. Et tu
cum ihū nazareno eras.
At ille negauit dicens.
Neqz ſcio neqz noui qd
dicas. Et exiit foras an
atrium: et gallus cantauit.

Rursus autem cum vi
disset eum alia ancilla:
cepit dicere circumstanti-
bus quia hic ex illis est.
At ille iterum negavit.
Et post pusillum: rursus
qui astabant dicebant
petro. Vere ex illis es. Nam
et galileus es. Ille autem
cepit anathematizare et
iurare: quia nescio hominem
istum quem dicitis. Et
statim iterum gallus
cantavit. Et recordatus
est petrus verbi quod di
xerat ei ihesus: priusquam
gallus cantet bis. ter me
negabis. Et cepit flere.
Et confestim mane con
silium facientes summi
sacerdotes cum scribis
et senioribus. et universo
concilio: vincientes ihesum
duxerunt et tradiderunt
pylato. Et interrogavit
eum pylatus. Tu es rex
iudeorum? At ille respon
dens ait illi. Tu dicis.
Et accusabant eum sum
mi sacerdotes in multis.

Ipse vero nichil respondit
Pilatus vero rursum in
terrogabat eum dicens
Non respondes quicquam?
Vide in quantis te ac
cusant? Ihesus autem
amplius nichil respon
dit: ita ut miraretur
pilatus. Per diem autem
festum dimittere solebat
illis unum ex vinctis.
quemcumque petissent. Erat
autem qui dicebatur bar
rabas. qui cum seditiosis
erat vinctus: qui in se
ditione fecerat homici
dium. Et cum ascen
disset turba cepit rogare
sicut semper faciebat illis.
Pilatus autem respon
dit illis. et dixit Vultis
dimittam vobis regem
iudeorum? Sciebat enim
quod per invidiam tradi
dissent eum summi sacer
dotes. Pontifices autem
concitaverunt turbam:
ut magis barrabam di
mitteret eis. Pilatus
autem iterum respondens.

ait illis. Quid ergo vul
tis faciam regi iudeorū?
At illi iterum clamaue
runt. Crucifige eum.
Pilatus vero dicebat eis
Quid enim mali fecit?
At illi magis clamabāt
crucifige eum. Pilatus
autem volens ſatiſface
populo dimiſit ill' bar
rabam: et tradidit eis
ihesum flagellis ceſum
ut crucifigeretur. Mili
tes autem duxerunt eū
intro in atrium pretorij.
et conuocant totam coho
tem et induunt eum
purpura. et imponunt
ei plectentes ſpineam
coronam et ceperunt
ſalutare eum. Aue rex
iudeorum. Et percutie
bant caput eius arun
dine: et conſpuebant
eum. Et ponentes ge
nua adorabant eum.
Et poſtq̄m illuſerunt
ei: exuerunt illum pur
pura et induerunt eū
veſtimentis ſuis. et edu

xerunt eum ut crucifige
rent illum. Et angariā
uerunt pretereuntē quēpiā
ſymonem cyreneum veni
entem de villa patrem a
lexandri et rufi: ut tolle
ret crucem eius. Et per
ducunt illum ī golgotha
locum: quod eſt interpre
tatum caluarie locus.
Et dabant ei bibere myr
ratum vinum. et non
accepit. Et crucifigentes
eum diuiſerunt veſtimē
ta eius: mittentes ſortē
ſup eis: quiſquid tolleret
Erat autem hora tercia:
et crucifixerunt eum.
Et erat titulus cauſe
illius inſcriptus: rex
iudeorum. Et cum eo
crucifigunt duos latro
nes: unum a dextris et
alium a ſiniſtris eius
Et adimpleta ē ſcrip
tura que dicit. Et cum
iniquis deputatus eſt.
Et pretereuntes blaſphe
mabant eum: mouentes
capita ſua et dicentes.

Vah qui destruis templū
dei: et in tribus diebus edi
ficas! Saluū fac temetipꝫ
descendēs de cruce. Similit
et summi sacerdotes illudē
tes ad alterutrū cū scribis
dicebant. Alios saluos fe
cit. seipsum non potest
saluum facere. Xpistus
rex israel descendat nūc
de cruce: ut uideamus et
credamus ei. Et qui cū
eo crucifixi erant: cōuici
abantur ei. Et facta
hora sexta: tenebre facte
sunt per totam terram.
usqꝫ in horam nonam
Et hora nona: exclama
uit ihesus uoce magna
dicens. Heloy heloy:
lamazabaptani. Qd̄ est
interpretatum. Deus
meus: deus meus: ut
quid dereliquisti me.
Et quidā de circumstan
tibus audientes dice
bant. Ecce heliā uocat.
Currens autem unus
et implens spongiam
aceto circumponensqꝫ

calamo: potum dabat
ei dicens. Sinite: uidea
mus si ueniat helyas ad
deponendum eū. Ihesus
autem emissa uoce ma
gna expirauit. Et ueli
templi scissum ē in duo
a summo usqꝫ deorsum.
Videns autem centurio
qui ex aduerso stabat
quia sic clamans expi
rasset. ait. Vere hic hō
filius dei erat. Erant
autem et mulieres de
longe aspicientes inter
quas erat maria mag
dalene. et maria iacobi
minoris. et ioseph mater
et salome. et cum esset
in galilea sequebantur
eum. et ministrabant
ei: et alie multe que
simul cum eo ascende
rant iherosolimam.
Et cum iam sero es
set factum. quia erat
parasceue qd̄ ē ante
sabbatum: uenit ioseph
ab arimathia nobilis
decurio. qui et ipse erat

expectans regnum dei. Et audacter introiit ad pylatum: et petiit corpus ihesu. Pylatus autem mirabatur, si iam obisset. Et accersito centurione: interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum agnouisset a centurione: donauit corpus ioseph. Joseph autem mercatus syndonem. et deponens eum inuoluit in syndone: et posuit eum in monumento. quod erat excisum de petra. Et apposuit lapidem ad hostium monumenti. Deo gratias. Offertor. Custodi me domine de manu peccatoris et ab hominibus iniquis eripe me domine. Secreta. Sacrificia nos quesumus domine propensius ista restaurent: que medicinalibus sint instituta ieiuniis. Per.

Com. Aduersum me exercebantur qui sedebant in porta et in me psallebant qui bibebant uinum ego uero orationem meam ad te domine tempus beneplaciti deus in multitudine misericordie tue. Post communio. Sanctificationibus tuis omnipotens deus. et uicia nostra curentur: et remedia nobis sempiterna proueniant. Per. Super populum. Tua nos misericordia deus et ab omni subrepcione uetustatis expurget: et capaces sancte nouitatis efficiat. Per.

Feria quarta. Introitus. In nomine domini omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum quia dominus factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis ideo dominus ihesus cristus in gloria est dei patris. ps. Domine exaudi o. m. p.

Defeſta quesumus
omnipotens deus:
vt qui noſtris exceſſibus
inceſſanter affligimur:
per vnigeniti tui paſſio
nem liberemur. Qui tecum.
Lectio yſaie prophete.
Hec dicit dominus
deus. Dicite filie
ſyon. Ecce ſaluator tuus
venit: et merces eius cum
eo. Quis est iſte qui venit
de edom. tinctis veſtibus
de boſra: Iſte formoſus
in ſtola ſua: gradiens in
multitudine fortitudinis
ſue. Ego qui loquor iu
ſticiam. et propugnator
ſum ad ſaluandum.
Quare ergo rubrum
eſt indumentum tuum:
et veſtimenta tua ſicut
calcantium in torcula
ri. Torcular calcaui
ſolus: et degentibus non
eſt vir mecum. Calcaui
eos in furore meo: et con
culcaui eos in ira mea.
Et aſperſus eſt ſanguis
eorum ſuper veſtimenta
mea: et omnia indumen
ta mea inquinaui. Di
es enim vltionis in cor
de meo: annus retribu
tionis mee venit. Cir
cumſpexi et non erat
auxiliator: queſiui et
non fuit qui adiuua
ret. Et ſaluauit michi
brachium meum: et indig
natio mea ipſa auxi
liata eſt michi. Miſera
tionum domini recorda
bor: laudem domini an
nunciabo: laudem do
mini ſuper omnia que
reddidit nobis dominus
deus noſter. Tractus.
Ne auertas faciem tuam
a puero tuo quoniam tri
bulor velociter exaudi me.
Verſus. Saluum me fac deus
quoniam intrauerunt
aque vſque ad animam me
am: infixus ſum in limo
profundi et non eſt ſub
ſtancia. Dominus
vobiſcum. Oremus.
Deus qui pro no
bis filium tuum

crucis patibulum subire
voluisti. ut inimici a no
bis expelleres potestatem.
concede nobis famulis
tuis: ut resurrectionis gra
tiam consequamur. Per
eundem. Lectio ysaie pro
In diebus illis. phete.
Dixit ysaias.
Domine: quis credidit
auditui nostro. et bra
chium domini cui reve
latum est? Et ascendet
sicut virgultum corā
eo: et sicut radix de terra
sitienti. et non est spēs
ei neq3 decor. Et vidim⁹
eum: et non erat aspec
tus. Et desideravimus
eum despectum: et novis
simū virorum: virum
dolorum et scientem in
firmitatem. Et quasi
absconditus vultus ei⁹
et despectus. unde nec re
putavimus eum. Vere
languores nostros ipse
tulit: et dolores nostros
ipse portavit. Et nos
putavimus eum q̄si

leprosum: et percussum a deo
et humiliatum. Ipse aut̄
vulneratus est propt̄ ini
quitates nostras: attrit⁹
est propter scelera nostra.
Disciplina pacis nostre
super eum. et livore eius
sanati sumus. Omnes
nos quasi oves erravim⁹
unusquisq3 a via sua de
clinavit: et dominus po
suit in eo iniquitatem
omniū nostrum. Oblat⁹
ē quia ipse voluit: et nō
aperuit os suum. Sicut
ad occisionem ducetur.
et sicut agnus corā ton
dente se obmutescet: et
non aperiet os suum.
De angustia. et de iudi
cio sublatus est. Genera
tionem ei⁹ q̄s enarrabit?
Quia abscisus ē de terra
viventium. Propt̄ scelus
populi mei: percussi eū.
Et dabit impios pro se
pultura et divites pro
morte sua: eo quod iniq
tatem nō fecerit nec dol⁹
fuerit in ore ei⁹ et domin⁹

voluit conterere eum ĩ
infirmitate. Si poſuerit
pro peccato animã ſuã.
videbit ſemen lõgeuũ
et voluntas domini ĩ
manu eius dirigetur:
pro eo quod tradidit ĩ
mortem animã ſuam
et cum ſceleratis repu
tatus eſt. Et ipſe pctã
multorum tulit: et p
tranſgreſſoribus ora
uit ut non perirent.
Dicit dominus omi
potens. Tractus.
Domine exaudi
orationem meã
et clamor meus ad te per
ueniat. V. Ne auertas
faciem tuam a me in q̃cũq;
die tribulor inclina ad me
aurem tuam. V. In q̃cũq;
die inuocauero te velociť
exaudi me. V. Quia
defecerunt ſicut fumus
dies mei et oſſa mea ſicũ
in frixorio confrixa ſt. V.
Percuſſus ſum ſicut fe
num et aruit cor meum
quia oblitus ſũ mandu

care panem meum. V.
Tu exurgens domine mi
ſereberis ſyon quia venit
tempus miſerendi eius.
Paſſio domini nr̃i Iħu
xpiſti. Scd̃m Lucam.
In illo tempore.
Appropinquabat
dies feſtus azimorum
qui dicitur paſcha: et
querebant principes ſa
cerdotum et ſcribe. q̃m
ihesum interficerent.
Timebant vero plebem
Intrauit autem ſatha
nas in iudam q̃ cogno
minabatur ſcarioth.
vnum de duodecim: et
abijt et loquutus eſt
cum principibus ſac
dotum et magiſtratib;
quemadmodum illũ
traderet eis. Et gauiſi
ſunt: et pacti ſunt pe
cuniam illi dare. Et
ſpopondit. Et quere
bat oportunitatem:
vt traderet illum ſine
turbis. Venit autem
dies azimor in qua

necesse erat occidi pascha
et misit petrum et iohē
dicens. Euntes parate
nobis pascha: ut man
ducemus. At illi dixerūt
Ubi vis paremus: Et
dixit ad eos. Ecce intro
euntibus vobis in ciui
tatem: occurret vobis
homo amforam aque
baiulans. Sequimini
eum in domū quam ī
trat: et dicetis patrifa
milias domus. Dicit
tibi magister. Ubi est
diversorium. ubi pasca
cum discipulis meis
manducem. Et ipse o
stendet vobis cenaculū
magnum stratum: et
ibi parate. Euntes au
tem invenerunt sicut
dixit illis: et paraverūt
pascha. Et cum facta
esset hora discubuit: et
duodecim apostoli cū eo
Et ait illis. Desiderio
desideravi hoc pasca mā
ducare vobiscum: an
teq̄m patiar. Dico eñ
vobis: quia ex hoc nō mā
ducabo illud. donec imple
atur in regno dei. Et ac
cepto calice: gratias egit
et dixit: Accipite et divi
dite inter vos. Dico enim
vobis: quod non bibam
de generatione vitis. do
nec regnum dei veniat.
Et accepto pane: gratias
egit. et fregit. et dedit eis
dicens. Hoc est corpus
meum. quod pro vobis
datur. hoc facite in meā
cōmemorationem. Si
militer et calicem pq̄m
cenavit dicēs. Hic est
calix novum testamenti
in sanguine meo: qui
pro vobis fundetur. Ve
runtamen ecce manus
tradentis me. mecum
est in mensa. Et quidē
filius hominis secundū
quod definitum ē vadit.
Verumtamen ve homi
ni illi: per quem tradetur.
Et ipsi ceperunt querē
inter se: quis esset ex eis
qui hoc facturus esset.

Facta ē autem et contēcio
inter eos: quis eorum vi
deretur eſſe maior. Dixit
autem eis. Reges gentiū
dominantur eorum: et
qui poteſtatem habent
ſup eos. benefici vocantur
Vos autem non ſic. Sed
qui maior eſt in vobis:
fiat ſicut miniſtrator.
Nam quis maior ē qui
recumbit an q miniſtrat.
Nonne qui recumbit?
Ego autem ī medio vr̄m
ſum: ſicut qui miniſtrat.
Vos autem eſtis: qui p̄
manſiſtis mecum ī tem
tationibus meis. Et
ego diſpono vobis. ſic
diſpoſuit michi pater
meus regnū: vt edatis
et bibatis ſup mēſam
meam in regno meo.
et ſedeatis ſuper thronos
iudicātes xii. tribꝫ iſrl'.
Ait aūt dn̄s ſymōi. Symo
ecce ſathanas expetiuit vos
vt cribraret ſicut triticū.
Ego autem rogaui p te
vt nō deficiat fides tua.

Et tu aliquando cōuerſꝰ
cōfirma fratres tuos. Qͥ
dixit ei. Domine: tecum
paratus ſū. et in carcerē
et in mortem ire. Et ille
dixit. Dico tibi petre: nō
cantabit hodie gallus
donec ter abneges noſſe
me. Et dixit eis. Quā
do miſi vos ſine ſacculo
et pera et calciamentis:
numquid aliquid defuit
vobis. At illi dixerunt.
Nichil. Dixit ergo eis.
Sed nunc qui habet ſac
culum tollat: ſimiliter
et peram. Et qui non
habet: vendat tunicam
ſuam et emat gladiū.
Dico enim vobis: qm̄
adhuc hoc quod ſcriptū
eſt oportet impleri ī me.
Et cum iniquis deputa
tus ē. Etenim ea que ſūt
de me finem habent. At
illi dixerunt. Domine.
ecce gladij duo hic. At
ille dixit eis. Satis ē. Et
egreſſus ibat ſcd̄m con
ſuetudinem in montē

oliuarum. Secuti ſunt
autem illum et diſcipli.
Et cum perueniſſet ad
locum: dixit illis. Orate
ne intretis in tentationē.
Et ipſe auulſus ē ab eis.
quantum iactus ē lapi
dis. Et poſitis genibus:
orabat dicens. Pater: ſi
vis transfer calicem iſtū
a me. Verumtamen nō
mea voluntas: ſed tua
fiat. Apparuit autē illi
angelus de celo: confor
tans eū. Et factus in a
gonia: prolixius orabat.
Et factus ē ſudor eius
ſicut gutte ſanguinis
decurrentis in terram.
Et cum ſurrexiſſet ab
oratione et veniſſet ad
diſcipulos ſuos: inue
nit illos dormientes p̄
triſticia. Et ait illis.
Quid dormitis: Surgi
te: et orate ne intretis ī
temptationem. Adhuc
eo loquente: ecce turba
et qui vocabatur iudas.
vnus de duodecim an

tecedebat eos. Et appropī
quauit ihū: vt oſcularē
tur eum. Iheſus autem
dixit ei. Iuda: oſculo fili
um hominis tradis. Vi
dentes autem hii q̄ circa
ipſum erant que fiebāt:
dixerunt ei. Domine:
ſi percutimus in gladio.
Et percuſſit vnꝰ ex illꝭ
ſeruū principis ſacerdo
tum. et amputauit au
riculam eius dexteram.
Reſpondens autē iheſꝰ
dixit. Sinite vſq; huc.
Et cum tetigiſſet auri
culam eius ſanauit eū.
Dixit autem iheſus ad
eos. qui venerant ad ſe
principes ſacerdotum
et magiſtratus templi
et ſeniores. Quaſi ad
latronem exiſtis cum
gladiis et fuſtibus:
Cum quotidie apud
vos fuerim in templo:
non extendiſtis manꝰ
in me. Sz hec ē hora ve
ſtra: et poteſtas tenebra
rum. Comprehendentes

autem eum: duxerunt
ad domum principis
sacerdotum. Petrus vo
sequebatur eum a longe.
Accenso autem igne in
medio atrio et circũsedẽ
tibus illis. erat petrus
in medio eorum. Quẽ
cum vidisset ancilla q̃
dam sedentem ad lumẽ
et eum fuiss; intuita:
dixit. Et hic cũ illo erat
At ille negauit eũ dicẽs
Mulier: nõ noui illũ.
Et post pusillũ: alius
videns eum dixit. Et tu
de illis es. Petrus vero
ait. O homo non sum.
Et interuallo facto q̃si
hore vni⁹ alius quidã
affirmabat dicens. Vẽ
et hic cum illo erat. Nã
et galileus ẽ. Et ait pe
trus. Homo: nescio q̃d dicis.
Et continuo adhuc il
lo loquente: cãtauit gall⁹
Et conuersus dñs: respex
petrum. Et recordatus
est petrus verbi domi
ni sicut dixerat

quia priusq̃m gallus cã
tet ter me negabis. Et
egressus foras: fleuit amare.
Et viri qui tenebant il
lum: illum: illudebant
ei cedentes et cedentes. Et
velauerunt eum et per
cutiebant faciem eius: et in
terrogabant eũ dicentes.
Prophetiza. Quis ẽ qui
te percussit? Et alia multa
blasphemantes dicebãt
in eum. Et vt factus est
dies: conuenerunt senio
res plebis et principes sa
cerdotum et scribe: duxerũt
illum in concilium suum
dicentes. Si tu es xp̃us
dic nobis. Et ait illis.
Si vobis dixero: non
credetis michi. Si autẽ
et interrogauero: non
respondebitis michi.
neq; dimittetis. Ex hoc
autem erit filius hoĩs
sedens a dextris virtutis
dei. Dixerunt autẽ om
nes. Tu ẽ es filius dei.
Qui ait. Vos dicitis q̃a
ego sum. At illi dixerũt.

Quid adhuc deſidera
mus teſtimonium. Ipſi
enim audiuimus de ore
eius. Et ſurgens om
nis multitudo eorum
duxerunt illum ad pi
latum. Ceperunt aut
accuſare illum dicentes.
Hunc inuenimus ſub
uertentem gentem no
ſtram et prohibentem tri
buta dari ceſari. et di
centem ſe chriſtum regem
eſſe. Pilatus autem in
terrogauit eum dicens.
Tu es rex iudeorum?
At ille reſpondens ait.
Tu dicis. Ait autem
pilatus ad principes
ſacerdotum et turbas. Ni
chil inuenio cauſe in
hoc homine. At illi in
ualeſcebant dicentes.
Commouet populum
docens per uniuerſam
iudeam et incipiens a
galilea uſque huc. Pila
tus autem audiens ga
lileam: interrogauit
ſi homo galileus eſſet.

Et ut cognouit quod
de herodis poteſtate eſſet:
remiſit eum ad herodem:
qui et ipſe iheroſolimis
erat illis diebus. Herodes
autem uiſo ihesu: gaui
ſus eſt ualde. Erat enim
cupiens ex multo tem
pore uidere eum: eo quod
audieret multa de illo.
et ſperabat ſignum aliquod
ab eo fieri. Interrogabat
autem illum multis
ſermonibus: et ipſe ni
chil illi reſpondebat. Sta
bant etiam principes ſa
cerdotum et ſcribe conſtan
ter accuſantes eum. Spre
uit autem illum hero
des cum exercitu ſuo:
et illuſit indutum ueſte
alba. et remiſit ad pila
tum. Et facti ſunt ami
ci herodes et pilatus in
ipſa die. Nam antea
inimici erant ad inuicem.
Pilatus autem conuo
catis principibus ſacer
dotum et magiſtratibus
et plebe: dixit ad illos.

Obtulistis michi hunc
hominem quasi avertē
tem populum et ecce ego
coram vobis interrogans.
nullam causam īvenio
in homine isto ex his in
quibus eum accusatis.
Sed neque herodes. Nam re
misit illum ad vos et ecce
nichil dignum morte ac
tum ē ei. Emendatum ergo
illum dimittam. Necesse
autem habebat dimittē
eis per diem festum unū.
Exclamavit autem simul
universa turba dicens.
Tolle hunc. et dimitte
nobis barraban. Qui erat
propter seditionem quandā
factam in civitate et ho
micidium missus ī car
cerem. Iterum autem
pilatus locutus ē ad
illos. volens dimittere
ihesum. At illi succla
mabant dicentes. Cru
cifige crucifige eum.
Ille autem tertio dixit
ad illos. Quid enim ma
li fecit iste? Nullā cau

sam mortis invenio ī eo.
Corripiam ergo illum.
et dimittam. At illi in
stabant vocibus magnis
postulantes ut crucifige
retur. Et invalescebant
voces eorum. Et pilatus
adiudicavit fieri petitio
nem eorum. Dimisit
ergo illis eum qui propter
homicidium et seditio
nem missus fuerat in
carcerem quē petebant.
ihesum vero tradidit vo
luntati eorum. Et cum
ducerent eum. appre
henderunt symonem quē
dam cyrenensem venien
tem de villa. et imposue
runt illi crucem portare
post ihesum. Sequebatur
autem illum turba mul
ta populi et mulierum.
que plangebant et lamē
tabantur eum. Conversus
autem ihesus ad illas di
xit. Filie ierusalem nolite
flere super me. sed super
vosmetipsas flete et super
filios vestros. quoniam ecce

venient dies. in quibus
dicent. Beate steriles. et
ventres que nō genuerūt.
et ubera que non lacta
uerunt. Tunc incipient
dicere montibus cadite
sup nos: et collibus ope
rite nos. Quia si in uiridi
ligno hec faciunt: ī arido
quid fiet? Ducebantur
autem et alij duo nequā
cum eo ut interficerent.
Et pq̄m venerunt ī locū
qui vocatur caluarie: i
bi crucifixerunt eum:
et latrones vnū a dex
tris et alterum a sinistr̄s
eius. Jhesus aūt dicebat.
Pater dimitte illis: non
enim sciunt q̄d faciūt.
Diuidentes vero vestim
ta eius miserunt sortes
Et stabat populus ex
pectans: et deridebant il
lum principes cum eis.
dicentes. Alios saluos fe
cit: seipsum saluū faciat
si hic ē xpistus dei elect?
Illudebant ei et milites:
accedentes. et acetū offe
rentes illi et dicentes. Si
tu es rex iudeorum: saluū
te fac. Erat autem et su
perscriptio scripta super
illum litteris grecis. et la
tinis et hebraicis: hic est
rex iudeorum. Vn⁹ aūt
de his qui pendebat latro
nibus blasphemabat eū
dicens. Si tu es xpistus
saluum fac temetipsū
et nos. Respondens au
tem alter: increpabat il
lum dicens. Neq; tu ti
mes deum quod in eadē
dampnatione es? Et
nos quidē iuste nam di
gna factis recipimus:
hic vero nichil mali ges
sit. Et dicebat ad ihm.
Domine memento mei
cum veneris in regnum
tuum. Et dixit illi ihs
Amen dico tibi: hodie
mecum eris in paradiso.
Erat autem fere hora
sexta: et tenebre facte st̄
in vniuersam terrā vs;
in horam nonam. Et
obscuratus est sol: et velū

templi ſciſſum eſt in me
dium. Et clamans voce
magna ihesus ait. Pater
in manus tuas cõmendo
ſpiritum meum. Et hec
hec dicens expirauit.
Uidens autem cẽturio
quod factum fuerat:
glorificauit deum dicẽs
Uere hic homo iuſtus
erat. Et omnis turba
eorum qui ſimul adhe
rant ad ſpectaculum
iſtud. et videbant que
fiebant: percutiens pec
tora ſua reuertebantur
Stabant autem et õs
noti eius a longe. et mu
lieres que ſecute erãt
eum a galilea hec vide
tes. Et ecce vir noĩe
ioſeph qui erat decu
rio vir bonus et iuſtus
hic non conſenſerat
conſilio et actibus eo
rum ab arimathia ci
uitate iudee: qui expec
tabat et ipſe regnum
dei. Hic acceſſit ad pila
tũ et petijt corpus ihũ.

Et depoſitum inuoluit
in ſyndone. et poſuit eũ
in monumento exciſo
in quo nondum quiſquã
poſitus fuerat. Offertor.
Domine exaudi oratione͂
meã et clamor meus ad
te perueniat. Secreta:
Purifica nos mi
ſericors deus. vt
eccleſie tue preces que
tibi grate ſunt pia mu
nera deferentes fiant ex
piatis mentibus gra
tiores. Per. Communio
Potum meũ cum fletu te͂
perabam quia eleuans al
liſiſti me et ego ſicut fenũ
arui tu autem domine in
eternum pmanes tu exur
gens miſereberis ſyon quia
venit tempus miſerendi
eius. Poſt communio.
Largire ſenſibus
noſtris omnipo
tens deus: vt temporale
filij tui mortem quam
miſteria veneranda te
ſtantur: vitã nob dediſ
ſe perpetuam cõfidam

Ver. Super populum.
Reſpice queſumus
domine ſuper hanc
familiam tuam: pro q̃.
dominus noſter iheſus
xpiſtus non dubitauit
manibꝫ tradi nocentiũ
et crucis ſubire tormen
tum. Qui tecũ. Feria
quinta. In cena domini.
Nos autem gl'ia
ri oportet ĩ cru
ce domini nr̃i
iheſu xpiſti in quo eſt ſa
lus vita et reſurrectio no
ſtra per quem ſaluati et
liberati ſumus. pſ. Deus
miſereatur noſtri et bene
dicat nobis. Gl'a. Oratio
Deus a quo et
iudas reatus
ſui penam et confeſſionis
ſue latro premiũ ſump
ſit: concede nobis tue
propitiationis effectũ:
ut ſicut in paſſione ſua
iheſus xpiſtus dominus
noſter diuerſa utriſqꝫ
intulit ſtipendia meri
torum: ita nobis abla

to vetuſtatis errore reſur
rectionis ſue gratiam lar
giatur. Qui tecũ. Ad co
Fratres: rinthios.
Conuenientibus
vobis in unum: iam nõ
eſt dominicam cenã mã
ducare. Unuſquiſqꝫ enĩ
ſuam cenam preſumit
ad manducandum: et
alius quidem eſurit. a
lius autem ebrius ẽ. Nũ
q̃d domos nõ habetis ad
manducandũ et biben
dum. aut eccleſiam dei
cõtempnitis. et cõfunditis
eos qui nõ habent: Quid
dicã vob: laudo vos ĩ hoc
nõ laudo. Ego enĩ accepi
a domino q̃d et tradidi vob:
qm̃ dñs ihs in q̃ nocte tra
debatur accepit panem
et grãs agens fregit et
dixit. Hoc eſt corpus me
um: quod ꝑ vob tradetur.
hoc facite in meã commemora
tione. Similr̃ et calicẽ p'quã
cenauit dicẽs. Hic eſt
calix nouum teſtamẽ
tum in meo ſanguine.

Hoc facite quociēſcūqꝫ
bibetis in meam cōmemo
rationem. Quocienſcūqꝫ
enim manducabitis pa
nem hunc et calicē bibetꝭ:
mortem domini annun
ciabitis donec veniat.
Itaqꝫ quicunqꝫ mandu
cauerit panem hunc vel
biberit calicem domini
indigne: reus erit corpo
ris et ſanguinis domini.
Probet autem ſeipſum hō:
et ſic de pane illo edat. et
de calice bibat. Qui enī
manducat et bibit idig
ne: iudicium ſibi man
ducat et bibit. non diiu
dicans corpus domini.
Ideo inter uos multi ī
firmi et imbecilles. et dor
miūt multi. Quod ſi
noſmetipſos diiudica
remus: non utiqꝫ iudi
caremur. Dum iudica
mur autem: a domino
corripimur: ut non in
hoc mundo damnemur.
℟. Xpiſtus factus eſt pro
nobꝭ obediens uſqꝫ ad mortē
mortem autem crucis. Verſ.
Propter quod et deus exal
tauit illum et dedit illi
nomen quod eſt ſuper om
ne nomen. Sc̄dm Iohēm.
IN illo t̄p̄e: Añ diē
feſtū paſche. ſciēs
ihs q̄r venit hora ei⁹ vt tran
ſeat ex hoc mūdo ad prēm.
cū dilexiſſꝫ ſuos q̄ erāt in
mūdo. ī finē dilexit eos.
Et cena fc̄a cū diabolus
iam miſiſſꝫ in cor. ut tra
deret eum iudas ſymōis
ſcariothis: ſciens quia
omnia dedit ei pater in
manus. et quia a deo ex
iuit et ad deum vadit.
ſurgit a cena et ponit
veſtimenta ſua. Et cum
accepiſſet linteum: pre
cinxit ſe. Deinde miſit
aquam in peluim: et
cepit lauare pedes diſ
cipulorum et extergere
linteo quo erat precin
ctus. Venit ergo ad ſy
monem petrum: et dic
ei petrus. Domine: tu
michi lauas pedes. Re

spondit ihesus: et dicit ei. Quod ego facio: tu nescis modo: scies autem postea. Dicit autem ei petrus. Non lavabis michi pedes meos in eternum. Respondit ei ihesus. Si non lavero te: non habebis partem mecum. Dicit ei symon petrus. Domine: non tantum pedes meos sed et manus et caput. Dicit ei ihesus. Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lavet: sed est mundus totus. Et vos mundi estis: sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. propterea dixit non estis mundi omnes. Postquam ergo lavit pedes eorum et accepit vestimenta sua. cum recubuisset iterum dixit eis. Scitis quid fecerim vobis. Vos vocatis me magister et domine: et benedicitis. Sum etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros dominus et magister et vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis: ut quemadmodum ego feci vobis: ita et vos faciatis. Offertorium. Dextera domini fecit virtutem dextera domini exaltavit me non moriar sed vivam et narrabo opera domini. Secreta.

Ipse tibi quesumus domine sancte pater omnipotens eterne deus. sacrificium nostrum reddat acceptum quod discipulis suis in sui commendationem hoc fieri hodierna traditione monstravit ihesus christus filius tuus. Prefatio.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes quo dominus noster ihesus christus pro nobis est traditus. Sed et memoriam venerantes In primis gloriose semperque virginis marie genitricis eiusdem dei et domini nostri ihesu christi.

Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtre. ſed et cuncte familie tue quam tibi offerimus ob diem in qua dominus noſter iheſus chriſtus tradidit diſcipulis ſuis corporis et ſanguinis ſui miſteria celebranda. quæſumus domine ut placatus accipias. dieſque noſtros in tua pace diſponas. atque ab eterna dampnatione nos eripi. et in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per eundem dominum noſtrum.

Quam oblationem tu deus in omnibus queſumus benedictam aſcriptam. ratam rationabilem acceptabilemque facere digneris. ut nobis corpus et ſanguis fiat dilectiſſimi filii tui domini noſtri iheſu chriſti. Qui pridie quam pro noſtra omniumque ſalute pateretur. hoc eſt hodie accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas. Communio.

Dominus iheſus poſtquam cenauit cum diſcipulis ſuis lauit pedes eorum et ait illis ſcitis quid fecerim vobis ego dominus et magiſter exemplum dedi vobis ut et vos ita faciatis. Ad veſperas antiphona. Calicem. pſalmus. Credidi. antiphona. Cum his qui. pſalmus. Ad dominum cum tribularer. antiphona. Ab hominibus. pſalmus. Eripe me domine. antiphona. Cuſtodi me domine. pſalmus. Domine clamaui. antiphona. Conſiderabam. pſalmus. Voce mea. antiphona. Cenantibus. pſalmus. Magnificat anima mea dominum. poſt com.

Refecti vitalibus alimentis quæſumus domine deus noſter: ut quod tempore noſtre mortalitatis exequimur immortalitatis tue munere conſequamur. Per. Feria ſexta hic eſt ordo in paraſceue. Sacerdos reueſtitus ſtet iuxta altare ſic quod ſolus ſit. Et diaconus et quilibet lector legat non pronunciet titulum.

In hac die dominus noua cantatur dominus abbas et miniſtri veneſtiunt se et vadunt ad altare ſine aparatu tamen ... ... nec ... dicit confiteor donec poſt adorationem crucem poſt primum ... tradit poſtea ... ſine domino ... ...

licet ... vobiſcum ... benedicamus

In tribulatione sua mane cõsur gent ad me. Venite et re uertamur ad dominum quia ipse cepit et sanab nos: percutiet et curabit nos. Vivificabit nos p duos dies: in die tercia suscitabit nos. Et viue mus in conspectu eius: sciemus sequemurq; ut cognoscamus domi num. Quasi diluculum preparatus ē egres sus eius: et veniet quasi ymber nobis temporaneus et serotinus terre. Quid faciam tibi effraim: quid faciam t̃ iuda. Misericordia vestra qͥ nubes matutina et qͣsi ros mane pertransiens. Propter hoc dolaui in prophetis: et occidi eos in verbis oris mei. Iudicia tua quasi lux egre dientur. quia misericordiã volui et non sacrificiũ et sciam dei plusquam holocausta. Tractus.

Domine audiui auditum tuum et timui consideraui opera opera tua et expaui. Versus. In medio duorum ani malium innotesceris dũ appropinquauerint ãni cognosceris dum aduene rit tempus ostenderis. Versus. In eo dum conturbata fue rit anima mea in ira mi sericordie memor eris. Versus. Operuit celos maiestas eius et laudis eius plena est terra. Versus. Deus a libano veniet et sanctus de monte umbroso et condempso. Oremus. Deus a quo et iudas. ut sup. Lectio secunda. Dixit dominus ad moysen et aaron: in terra egypti. Mensis iste vobis prin cipium mensium: pri mus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cetum filio rum israel: et dicite eis. Decima die mensis huius

tollat vnusquiſque agnum per
familias et domos ſuas.
Sin autem minor eſt nume-
rus ut ſufficere poſſit ad veſcen-
dum agnum: aſſumat
vicinum ſuum qui con-
iunctus eſt domui eius iuxta
numerum animarum.
que ſufficere poſſint ad
eſum agni. Erit autem
agnus abſque macula:
maſculus anniculus. Iuxta
quem ritum tolletis et
hedum: et ſeruabitis eum
uſque ad quartamdecimam
diem menſis huius. Immo-
labit que eum vniuerſa
multitudo filiorum iſrael
ad veſperam: et ſument
de ſanguine eius: ac ponent
ſuper utrumque poſtem. et
in ſuperliminaribus do-
morum in quibus come-
dent illum. Et edent car-
nes nocte illa aſſas igni
et azimos panes cum lac-
tucis agreſtibus. Non co-
medetis ex eo crudum
quid nec coctum aqua
ſed aſſum tantum igni.

Caput cum pedibus eius
et intestinis vorabitis: et
os eius non confringetis:
nec remanebit ex eo quic-
quam uſque mane. Sed ſi quid
reſiduum fuerit: igni com-
buretis. Sic autem come-
detis illum. Renes veſtros
accingetis: calciamenta
habebitis in pedibus tenen-
tes baculos in manibus
et comedetis feſtinantes.
Eſt enim phaſe: id eſt tran-
ſitus domini. Tractus.

Eripe me domine ab
homine malo a vi-
ro iniquo libera me. Verſus.
Qui cogitauerunt mali-
tias in corde tota die conſti-
tuebant prelia. Verſus.
Acuerunt linguas ſuas
ſicut ſerpentes venenum
aſpidum ſub labiis eorum.
Verſus. Cuſtodi me domine de
manu peccatoris et ab homini-
bus iniquis libera me. Verſus.
Qui cogitauerunt ſupplan-
tare greſſus meos abſconderunt
ſuperbi laqueum michi. Verſus.
Et funes extenderunt in la-

quicum pedibus meis iuxta
iter scandalum posuerunt michi.
V. Dixi domino deus meus
es tu exaudi domine vocem
orationis mee. Versus.
Domine domine virtus salutis
mee obumbra caput meum
in die belli. Versus.
Ne tradas me a desiderio
meo peccatori cogitaverunt
adversum me ne derelinquas
me nequando exaltentur. V.
Caput circuitus eorum
labor labiorum ipsorum
operiet eos. Versus.
Verumtamen iusti confi-
tebuntur nomini tuo et ha-
bitabunt recti cum vultu tuo.
Passio domini nostri ihesu
christi secundum Johannem.
In illo tempore:
Egressus est ihesus cum discipulis suis trans torrentem
cedron ubi erat ortus in quem in-
troivit ipse et discipuli eius. Scie-
bat autem et iudas qui tradebat eum
locum: quia frequenter ihesus conve-
nerat illuc cum discipulis
suis. Judas ergo cum accepisset
cohortem et a pontifici-
bus et phariseis ministros

venit illuc cum laternis
et facibus et armis. Ihesus
itaque sciens omnia que
ventura erant super eum:
processit et dixit eis. Quem
queritis? Responderunt ei.
Ihesum nazarenum. Dicit
eis ihesus. Ego sum. Sta-
bat autem et iudas qui
tradebat eum cum ipsis.
Ut ergo dixit eis ego sum
abierunt retrorsum et
ceciderunt in terram. Ite-
rum ergo interrogavit
eos. Quem queritis: Illi
autem dixerunt. Ihesum
nazarenum. Respondit
ihesus. Dixi vobis quia
ego sum. Si ergo me que-
ritis: sinite hos abire. Ut
impleretur sermo quem
dixit: quia quos dedisti
michi non perdidi ex eis
quemquam. Symon ergo pe-
trus habens gladium e-
duxit eum: et percussit pon-
tificis servum et abscis-
dit auriculam eius dextram.
Erat autem nomen
servo malcus. Dixit autem

iheſuſ petro. Mitte gladi
um tuum in uaginam
Calicem quem dedit m̄
pater nō vis ut bibam
illum? Cohors ergo et
tribunus et miniſtri iu
deorum comprehenderūt
iheſum. et ligauerunt
eum: et adduxerūt eū
ad annam primum.
Erat enim ſocer caiphe:
qui erat pontifex āni
illius Erat aūt caiphaſ
qui conſilium dederat
iudeis: quia expedit vn̄
hominem mori p̄ ṗplō.
Sequebatur autem ihe
ſum ſymon petrus: et
alius diſcipuluſ. Diſ
cipulus autem ille e
rat notus pontifici:
et introiuit cum iheſu
in atrium pontificis.
Petrus autem ſtabat
ad oſtium foris. Exiuit
ergo diſcipulus alius.
q̄ erat notus pontifici:
et dixit oſtiarie. et intro
duxit petrum. Dicit ergo
petro ancilla oſtiaria.

Numq̄d et tu ex diſcipliſ
es hominis iſtius: Dicit
ille: Non ſum. Stabant
autem ſerui et miniſtri
ad prunas quia frigus
erat: et calefaciebant ſe.
Erat autem cum eis et
petrus ſtans et calefaci
ens ſe Pontifex ergo in
terrogauit iheſum de di
ſcipulis ſuis: et de doctri
na eius. Reſpondit ei ihs
Ego palam locutus ſū
mundo: ego ſemper docui
in ſynagoga et in tēplo
quo omnes iudei conue
niunt et in occulto nichil
loquutus ſum. Q̄d me
interrogas. Interroga eos
qui audierunt: quid lo
quutus ſum ipſis. Ecce
hij ſciunt que dixerim
ego. Hec autē cum dixiſ
ſet: unus aſſiſtens mini
ſtrorum dedit alapam
iheſu dicens. Sic reſpon
des pontifici? Reſpondit
ei iheſus. Si male locut⁹
ſum teſtimonium per
hibe de malo. Si autem

bene: quid me cedis. Et
miſit eum annas liga
tum ad cayphan ponti
ficem. Erat autem ſymõ
petrus ſtans: et calefaci
ens ſe. Dixerunt ergo ei
Nunquid et tu ex diſci
pulis eius es? Negauit
ille et dixit. Non ſum.
Dicit ei vnus ex ſeruis
pontificis cognatus eius
cuius abſcidit petrus
auriculam. Nonne ego
te vidi in orto cum illo.
Iterum ergo negauit
petrus. Et ſtatim gallus
cantauit. Adducunt
ergo ihesum ad cayphã
in pretorium. Erat autẽ
mane. Et ipſi nõ intro
ierunt in pretorium:
vt non contaminaren
tur ſed ut manducarent
paſcha. Exiuit ergo pi
latus ad eos foras et di
xit. Quam accuſatio
nem affertis aduerſus
hominem hunc? Reſpõ
derunt et dixerunt ei.
Si non eſſet hic male

factor: non tibi tradidiſ
ſemus eum. Dixit ergo
eis pilatus. Accipite eũ
vos: et ſecundum legẽ
veſtram iudicate eum.
Dixerunt ergo ei iudei.
Non licet nobis interfi
cere quemquam. Ut ſermo
ihesu impleretur quem
dixit ſignificans qua
morte eſſet moriturus
Introiuit ergo iterum
in pretorium pilatus:
et vocauit ihesum et dix
it ei. Tu es rex iudeorum?
Et reſpondit ihesus. A
temetipſo hoc dicis an
alii tibi dixerunt de me.
Reſpondit pilatus. Nũ
quid ego iudeus ſum?
Gens tua et pontifices
tradiderunt te michi.
Quid feciſti? Reſpõdit
ihesus. Regnum meũ
non e de hoc mundo. Si
ex hoc mundo eſſet regnũ
meum: miniſtri mei
vtiqz decertarent ut nõ
traderer iudeis. Nunc autẽ
regnũ meũ non e hinc.

Dixit itaque ei pilatus.
Ergo rex es tu. Respondit
ihesus. Tu dicis quia rex sum
ego. Ego in hoc natus sum
et ad hoc veni in mundum:
riam. Docti sacris institu
tis panem vinum in salu
tis consecramus hostiam.
Dogma datur xp̄ianis
quod in carnem transit pa
nis et vinum in sanguinē.
Quod non capis quod nō
vides animosa firmat fi
des preter rerum ordinem
Sub diversis speciebus
signis tantum et non

rebus latent res eximie. Ca
ro cibus sanguis potus ma
net tamen christus totus sub
vtraqz specie. A sumente nō
concisus non confractus nō
diuisus integer accipitur.
Sumit vnus sumūt mille
quantum isti tantum ille
nec sumptus consumitur.
Sumunt boni sumūt ma
li sorte tamen inequali vite vel
interitus. Mors est malis
vita bonis vide paris sump
tionis quam sit dispar exi
tus. Fracto demum sacramē
to ne vacilles sed memento
tantum esse sub fragmēto
quantum toto tegitur. Nul
la rei fit scissura signi tan
tum fit fractura qua nec
status nec statura signati
minuitur. Ecce panis an
gelorum factus cibus via
torum vere panis filiorum
non mittendus canibus.
In figuris presignatur cū
ysaac immolatur agnus
pasche deputatur datur mā
na patribus. Bone pastor
panis vere ihesu xpē miserere

tu nos pasce nos tuere tu nos
bona fac videre in terra viuē
cium. Tu qui cuncta scis et
vales qui nos pascis hic mor
tales tuos ibi cōmensales
coheredes et sodales fac scōr
ciuium. Amen. Secundum iohā.
In illo tempore: Dixit
discipulis suis et
ihesus turbis
iudeorum. Caro mea vere
est cibus: et sanguis meus
vere est potus. Qui man
ducat meam carnem et
bibit meum sanguinem
in me manet et ego in illo.
Sicut misit me pater
viuens: et ego viuo propter
patrem. Et qui mandu
cat me: ipse viuet propter
me. Hic est panis qui de
celo descendit. Non sicut
manducauerunt patres
in deserto
nostri manna: et mortui
sunt. Qui manducat
hunc panem: viuet in
eternum. Credo. Off.
Sacerdotes incensum
domini et panem offerant
deo et ideo sancti erunt deo
suo et non polluent nomen

nomen eius alleluia. Secreta.
Ecclesie tue
quesumus domine
unitatis et pacis propi
cius dona concede que
ſub oblatis muneribus
miſtice deſignantur.
Per dominum. Prefatio.
Quia per incarnati.
com. Quocienſcumque man
ducabitis panem hunc
et calicem bibetis mortem
domini annunciabitis donec
veniat. Itaque quicumque
manducaverit panem
vel biberit calicem domini
indigne reus erit corporis
et ſanguinis domini al
leluia. Post commun.
Fac nos quesumus
domine divini
tatis tue ſempiterna frui
tione repleri quam pre
cioſi corporis et ſangui
nis tui temporalis percep
tio prefigurat. Qui
vivis et regnas cum deo
patre in unitate ſpiritus
ſancti deus. Per omnia.
In octabis. officium.

Cibavit eos ex
adipe frumenti
alleluia et de
petra melle ſaturavit eos
alleluia alleluia. Ps.
Exultate deo adiutori
noſtro. iubilate deo iacob
Gloria patri. Oratio.
Deus qui nobis
ſub ſacramento
mirabili paſſionis.
epla. Ego accepi a domino.
Gr. Oculi omnium
in te ſperant domine et
tu das illis eſcam in tem
pore oportuno. Versus.
Aperis tu manum tuam
et imples omne animal
benedictione. Alleluya
V. Caro mea vere eſt ci
bus. pſa Lauda ſy
on ſalvatorem. evang.
Caro mea vere eſt cibus
Credo in unum deum.
off. Sacerdotes. Secr.
Ecclesie tue Prefatio
Quia per incarnati.
Co. Quocienſcumque.
poſt co. Fac nos quesumus domine.
Dominica decima ſexta. officium

Miſerere michi
domine quoniã
ad te clamaui
tota die. quoniam tu do-
mine ſuauis ac mitis es
et copioſus in miſericor-
dia omnibus inuocanti-
bus te. ps. Inclina dñe
aurem tuam et exaudi
me: quoniam inops et
pauper ſum ego. Kyriel.
Gloria patri. Oratio.
Eccleſiam tuam
domine miſe-
ratio continua mun-
det et muniat: et quia
ſine te non poteſt ſal-
ua conſiſtere, tuo ſem-
per munere gubernetur.
Per. Lco. eplē. b. pauli apl.
Fratres: ad epheſios.
Obſecro vos ne
deficiatis in tribulatio-
nibus meis pro vobis:
que ē gloria veſtra. Hu-
ius rei gratia flecto ge-
nua mea ad patrem
domini noſtri iheſu xpi.
ex quo omnis paterni-
tas in celis et in terra
nominatur: ut det vobis
ſecundum diuicias glo-
rie ſue virtutem corrobo-
rari per ſpiritum eius ĩ
interiore homine. habi-
tare xpiſtum per fidem
in cordibus vrĩs. In ca-
ritate radicati et funda-
ti: vt poſſitis compreh-
endere cum omnibus ſcīs.
que ſit latitudo. longi-
tudo. ſublimitas et pro-
fundum. Scire etiam
ſupereminentem ſcientie
caritatem xpiſti: vt im-
pleamini in omnē ple-
nitudinem dei. Ei autē
qui potens eſt omnia
facere ſuperhabundanter
quam petimus aut intel-
ligimus ſecundū virtutē
que operatur ĩ nobis:
ipſi gloria in eccleſia et
in xpiſto ihū in omnes
generationes: ſeculi ſe-
culorum. Amen. Grad.
Timebunt gentes no-
men tuum domine. et
omnes reges terre gloriã
tuam. V. Quoniam

edificauit dominus syon.
et videbitur in maiestate
sua. Alleluya. V. Redemp
tionem misit dominus in
populo suo. Secundum lucam
In illo tempore:
Ibat ihesus in ci
uitatem que vocatur na
ym: et ibant cum illo di
scipuli eius. et turba co
piosa. Cum autem ap
propinquaret porte ciui
tatis: ecce defunctus effe
rebatur filius unicus
matris sue. Et hec vi
dua erat: et turba ciuita
tis multa cum illa. Quam
cum vidisset dominus:
misericordia motus super ea.
dixit illi. Noli flere. Et
accessit: et tetigit loculum.
Hii autem qui portabant
steterunt. Et ait. Adole
scens tibi dico surge. Et
resedit qui erat mortuus
et cepit loqui: et dedit il
lum matri sue. Accepit
autem omnes timor:
et magnificabant
deum dicentes

Quia propheta mag
nus surrexit in nobis:
et quia deus visitauit
plebem suam. Credo.
Off. Domine in auxilium
meum respice. confunda
tur et reuereantur qui
querunt animam meam
ut auferant eam. Secr.
Tua nos domine
sacramenta cu
stodiant: et contra dia
bolicos tueantur semper
incursus. Per. Com.
Domine memorabor iu
sticie tue solius. deus docu
isti me a iuuentute mea.
et usque in senectam et se
nium deus ne derelinquas
me. Post communio.
Mentes nostras
et corpora possi
deat quesumus domine.
doni celestis operatio.
ut non noster sensus
in nobis. sed iugiter
eius preueniat effec
tus. Per.
Feria quarta ieiuniorum
Ad missam Introitus.

Exultate deo
adiutori no
stro iubilate
deo iacob. sumite psalmū
iocundum cū cythara. ca
nite initium mensis tu
ba quia preceptum in is
rael est et iuditium deo
iacob. ps. Buccinate in
comenia

Oro. Dn̄s vobiscū. Ore^9
Misericordie tue
remediis q̄s do
mine fragilitas nostra
subsistat. ut que sua
conditione atteritur.
tua clementia reparet.
Per. Lcō amos prophe.
Hec dicit domin^9
Ecce dies veni
unt. et comprehendet
arator messorem: et
calcator uve mittente
semen. Et stillabūt
montes dulcedinem.
et omnes colles culti erit
Et convertam capti
uitatem ppli mei isrl:
et edificabunt civita

tes desertas: et habitabūt
in eis. Et plantabunt
vineas. et bibent vinū
earum. Et facient or
tos. et comedent fructus
eorum. Et plantabo
eos super humum sua.
et non evellam eos ulr̄
de terra sua: quam dedi
eis. Dicit dominus: om
nipotens. Responsor
Propitius esto domine
peccatis nostris nequādo
dicant gentes ubi ē deus
eorum. V. Adiuva nos
deus salutaris noster et
propter honorem nominis
tui domine libera nos.
Dominus vobiscum
Presta quesumus
domine familie
supplicanti. ut dum a
cibis corporalibus se ab
stinent. a vitiis mente
ieiunent. Per. Lcō eiusde
In diebus ill. prophe.
Congregatus ē
omnis populus quasi
vir unus ad plateam q
ē ante portam aquarū:

et dixerunt esdre scribe
ut afferret librum legis
moysi. quem preceperat do
minus israeli. Attulit
ergo esdras sacerdos legem
coram multitudine vi
rorum ac mulierum:
cunctisque qui poterant
intelligere in die prima
mensis septimi. Et legit
in eo aperte in platea que
erat ante portam aquarum.
de mane usque ad mediam
diem: in conspectu viro
rum et mulierum sapi
entium. Et aures om
nis populi erant erecte
ad librum. Stetit autem
esdras scriba super gra
dum ligneum quem
fecerat ad loquendum:
et steterunt iuxta eum
mathathias et semeias
et ananias et urias.
Et aperuit esdras librum
coram omni populo:
et benedixit esdras domino
deo magno: Et respondit
omnis populus amen.
Elevans autem omnis

populus manus suas in
curvati sunt: et adora
verunt proni in terra.
Porro levite silentium
faciebant in populo:
ad audiendam legem.
Populus autem stabat
in gradu suo: et legebat
in libro legis dei distin
cte. et aperte ad intellige
dum. Dixit autem ne
emias sacerdos scribis
et levitis. Dies sancti
ficatus est domino deo
nostro. nolite lugere.
et nolite flere. Et dixit
eis: Ite et comedite pin
guia. et bibite mulsum.
et mittite partes eis: qui
non preparaverunt sibi.
quia sanctus dies domini
est: et nolite contristari.
Gaudium etenim do
mini est fortitudo vestra.
R. Quis sicut dominus
deus noster qui in altis
habitat. humilia respicit
in celo et in terra. V. Susci
tans a terra inopem. et de
stercore erigens pauperem.

Secundum marcum.

In illo tempore.
Respondens vnus
de turba: dixit ad ihesum.
Magister attuli filium
meum ad te: habentem
spiritum mutum. Qui
vbicunque eum apprehen
derit allidit eum: et spu
mat. et stridet dentibus.
et arescit. Et dixi disci
pulis tuis vt eicerent
illum: et non potuerunt.
Qui respondens dixit
eis. O generatio incre
dula quamdiu apud vos
ero: quamdiu vos patiar?
Afferte illum ad me.
Et attulerunt eum.
Et cum vidisset illum
statim spiritus contur
bauit eum: et elisus in
terra volutabatur spu
mans. Et interrogauit
patrem eius. Quantum
temporis est ex quo hoc
ei accidit? At ille ait.
Ab infancia. Et frequen
ter eum in ignem et in
aquas misit: vt eum

perderet. Sed si quid potes:
adiuua nos misertus no
stri. Ihesus autem ait il
li. Si potes credere: omnia
possibilia sunt credenti.
Et continuo exclamans
pater pueri cum lacrimis
aiebat. Credo domine:
adiuua incredulitatem
meam. Et cum videret
ihesus concurrentem tur
bam: comminatus est spi
ritui inmundo. dicens
illi. Surde et mute spiritus
ego tibi precipio exi ab
eo: et amplius non intro
eas in eum. Et clamans
et multum discerpens
eum: exiit ab eo. Et factus
est sicut mortuus: ita
vt multi dicerent quia
mortuus est. Ihesus
autem tenens manum
eius eleuauit eum: et
surrexit. Et cum introis
set in domum: discipuli
eius secreto interrogabant
eum. Quare nos non po
tuimus eicere eum? Et
dixit illis. Hoc genus

in nullo poteſt exire: niſi
in oratione et ieiunio.
Off. Meditabor in manda
tis tuis que dilexi valde et
levabo manus meas ad mā
data tua que dilexi. Secrē.
Hec hoſtia domine
queſumus emū
det noſtra delicta et ad
ſacrificium celebrandū
ſubditorum tibi corpora
menteſqȝ ſanctificet. P.
Co. Comedite pinguia et
bibite mulſum et mittite
partes eis qui non prepara
verunt ſibi. ſanct⁹ enī dies
domini eſt nolite contriſta
ri. gaudium etenim dñi
ē fortitudo noſtra. Poſt
Sumentes cōm.
dona celeſtia ſup
pliciter te domine depre
camur. ut que ſedula
ſervitute donante te
gerimus. dignis ſen
ſibus tuo munere ca
piamus. Per.

Feria ſexta Introitus.

Letetur cor
querentium
dominū. quę
te dominum et cōfirma
mini querite faciem eı⁹
ſemper. ps. Confitemī
domino et invocate nom
eius: annunciate inter gēs
opera eius. Oratio.
Preſta queſumus
omnipotens de⁹
ut obſervationes ſacrās
annua devotione reco
lentes et corpore tibi
placeamus: et mente.
Per. Leco Oſee proph.
Hec dicit domin⁹
Convertere iſ
rael ad dominum deū
quoniam corruiſti in
iniquitate tua. Tolli
te vobiſcum verba: et
convertimini ad do
minum. Dicite ei.
Omnem aufer iniq
tatem et accipe bonū:
et reddemus vitulos
labiorum noſtrorū.
Aſſur non ſalvabit
nos. Sup equos non

ascendemus. nec dicem⁹ vlt̃. dii nostri opera ma nuum nostrarum: q̃a eius qui in te est miserebe ris pupilli. Sanabo contritiones eorum. et diligam eos spontanee: quia aduersus e furor meus ab eis. Ero q̃si ros israel germinabit q̃si lilium. Erumpet radix eius: vt libani ibunt rami eius. Et erit q̃i oliua gloria eius: odor eius vt libani. Conuertentur sedentes in vmb̃. eius: viuent tritico et g̃ minabunt q̃si vinea. Memoriale eius sicut vinum libani. Ego exaudiam et dirigam eum: ego ut abietem virentem. Ex me fructus tuus inuent⁹ est. Quis sapiens et intelliget ista. intelligens et sciet hec? Quia recte vie domini: et iusti am bulabunt in eis. Responsorium.

Conuertere domine aliquantulum et deprecare sup̃ suos tuos. V. Domine refugiũ factus es nobis a generatione et progenie. Scdm Lucam.

In illo tẽ. Rogabat ihesum quidã phariseus: vt manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei discubuit. Et ecce mulier que erat ĩ ciuitate peccatrix: vt cognouit qd accubuit in domo pharisei. attulit alabaustrum vnguẽti. et stans retro secus pedes eius. lacrimis cepit rigare pedes eius. et capillis capitis sui tergebat. et osculabatur pedes eius. et vnguẽto vngebat. Videns autẽ phariseus qui vocauerat eum: ait intra se dicens. Hic si esset pp̃ha: sciret vtiq₃ que et qualis est mulier que tangit eũ. quia peccatrix est. Et respondens ihesus. dixit

ad illum. Symon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Duo debitores erant cuidam feneratori: unus debebat denarios quingentos. et alius quinquaginta Non habentibus illis unde redderent: donavit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Et respondens symon dixit. Estimo: quia is cui plus donavit At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conversus ad mulierem: dixit symoni. Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti. Hec autem lacrimis rigavit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hec autem ex quo intravit. non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: hec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur: minus diligit. Dixit autem ad illam ihesus Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt qui simul discumbebant dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te salvam fecit: vade in pace. Offertorium

Benedic anima mea domino. et noli oblivisci omnes retributiones eius et renovabitur sicut aquile iuventus tua. Secreta.

Accepta tibi sint domine nostri dona ieiunii. que et expiando nos tua gratia dignos efficiant. et ad sempiterna promissa perducant. Per. Communio

Aufer a me obprobrium et contemptum quia mandata tua exquisivi domine

nam et teſtimonia tua me
ditatio mea e̅. Poſt com̄

Quęſumus omnipotens
deus: ut de perpet
muneribus gratias exi
bentes, beneficia potiora
ſumamus. Per.

Sabbato.

Venite adore
mus deum
et procidamus ante deum
ploremus ante eum qui
fecit nos quia ipſe eſt do
deus noſter. V. Quoniā
deus magnus dominus
et rex magnus ſup om̄es
deos. Cum qz orōnes ſb
ſequentes dicit. ſine do

Omnipotens ſempiterne de
qui per continentiā ſa
lutarem et corporibus
mederis et mentibus.
maieſtatem tuam ſup
plices exoramus: ut pia
ieiunantium deprecati
one placatus, et p̄ſen
tia nobis ſubſidia pre
beas et futura. Per.
Lectio libri leuitici.

In diebus illis.
Locutus eſt dn̄s
ad moyſen dicens. Deci
mo die menſis huius
ſeptimi dies expiationū
erit celeberrimus. et voca
bitur ſanctus. Affligetiſ
qz animas veſtras in eo
et offeretis holocauſtū
domino. Omne opus
ſeruile non facietis in
tempore diei huius. q̄a
dies propitiationis eſt:
ut propicietur vobis do
minus deus ur. Om̄is aīa
q̄ afflicta no fuit die hac:
peribit de p̄plis ſuis. Et que
opis q̄ppiam fecit. delebo
ca de p̄plo ſuo. Nichil ergo
opis facietis i eo. Legitim
ſempiternum erit vobis
in cunctis generatiōib;
et habitationib; veſtris.
Sabbatum q̄ppe requie
tionis e: affligetiſqz aīas
veſtras. Die nono menſ
ſeptimi a veſpere uſqz ad
veſperam celebrabitis ſab
bata veſtra. Dicit dn̄s op̄s.
R. Propicius eſt. ut s.

Da nobis q̄ſum⁹ omnipotens d̄s: vt ieiunando tua gratia ſaciemur. et abſtinendo cunctis efficiamur hoſtibus fortiores Per. d.

Lectio libri Leuitici.

In diebus illis. Loquutus eſt dominus ad moyſen dicēs Quinto decimo die mēſis ſeptimi quando congregaueritis omnes fructus terre veſtre. celebrabitis ferias ſeptem diebus. Die primo et die octauo erit ſabbatum id eſt requies. Sumetiſq; vobis die primo fructus arboris pulcherrime. ſpatulaſq; palmarum et ramos ligni denſarum frondium et ſalices de torrente. et letabimini coram domino deo veſtro Celebrabitiſq; ſollempnitatem eius ſeptem diebus pannum. Legitimum ſempiternũ erit in generationibȝ vr̄is. Menſe ſeptimo feſta celebrabitis. et habitabitis in vmbraculis ſeptem diebus. Omnis qui de genere ē iſrael manebit in tabernaculis. vt diſcant poſteri veſtri. qd̓ in tabernaculis habitare fecerim filios iſrael: cum educerem eos de terra egypti. Ego dn̄s deus veſter. Reſponſor.

Protector noſter aſpice deus et reſpice ſup ſeruos tuos. V. Domine deus virtutum exaudi preces ſeruorum tuorum. Oremus

Tuere queſumus domine familiam tuam: vt ſalutis eterne remedia que te aſpirãte requirimus, te largiente conſequamur. Per. Lc̄o michee propħe.

Domine deus noſter paſce populum tuum in virga tua gregem hereditatis tue. habitãtes terrã in ſalutem iuxta dies antiquos.

Videbunt gentes et cõ
fundentur super omni
fortitudine sua. Quo
niam quis deus similis
tui. qui aufers iniqui
tatem. et transfers pec
catum reliquiarum
hereditatis tue. Nõ im
mittet ultra furorẽ suũ.
quoniam volens miã
est: et revertetur et mi
serebitur nostri. Depo
net iniquitates nr̃as.
et proiciet in profundũ
maris omnia peccata
nostra. Dabis veritatẽ
iacob. misericordiã abrahã:
que iurasti patrib; no
stris a diebus antiquis
domine deus noster.
R. Convertere domine a
liquantulum et deprecare
super servos tuos. Vsus.
Domine refugium fact'
es nobis a generatione et
progenie. Oratio.
Presta quesumus
domine sic nos
ab epulis abstinere car
nalibus. ut a viciis ir
ruentibus pariter ieiune
mus. Per. Lectio .3.a
In dieb; darie pphe
illius: Factum est
verbum domini ad me
dicens. Hec dicit domin'
deus exercituum. Sicut
cogitavi ut affligerem vos
cum ad iracundiam me
provocassent patres vestri:
et non sum misertus. sic
conversus cogitavi ĩ die
bus istis benefacerem
ierusalem et domui iuda.
Nolite timere. hec sunt
ergo verba que facietis.
Loquimini veritatẽ un'
quisq; cum proximo suo.
Veritatem et iudicium pa
cis iudicate in portis ve
stris. et unusquisq; ma
lum contra amicum su
um ne cogitetis in cordi
bus vestris: et iuramen
tum mendax ne diliga
tis. Omnia enim hec st
que odi. dicit dominus.
Et factum est verbum
domini exercituum ad
me dicens. Ieiunium

quarti ieiunium quinti. et ieiunium septimi. et ieiunium decimi erit domui iude in gaudium et leticiam et in sollempnitates preclaras Veritatem tantum et pacem diligite. Dicit dominus exercituum. Offertorium Saluum fac populum tuum domine et benedic hereditati tue. V. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me. et ero similis descendentibus in lacum. Oratio. Et nos domine misericors tribuis sollempne tibi deferre ieiunium. sic nobis quesumus indulgentie presta subsidium. Per. Lectio quinta. Angelus domini descendit. Require in sabbato tercie septimane aduentus. Benedictus es domine deus patrum nostrorum et laudabilis et gloriosus in secula. Versus. Et benedictum nomen glorie tue quod est sanctum.

V. Et laudabile et gloriosum in secula. V. Benedictus es super sceptrum regni diuinitatis tue. Et lauda. V. Benedictus es super templum glorie tue quod est sanctum. Et laudab. V. Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum. Et laudabil. V. Benedicant te omnes angeli et sancti tui. V. Laudabilem et gloriosum in secula. V. Benedicant te celum terra mare et omnia que in eis sunt. Laudabilem et gloriosum in secula. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Laudabili et glorioso in secula. V. Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum. Amen. V. Laudabilis et gloriosus in secula. Per. Benedicta. Deus qui tribus pueris mitigasti flammam ignium: concede propicius vt nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. Per d.

Ad hebreos

Fratres. Taberna
culum factum
eſt primum: in quo erāt
candelabra. et menſa. et
propoſitio panum que
dicitur ſancta. Poſt vela
mentum autem ſecundū
tabernaculum quod dicit
ſancta ſanctorum: aure
um habens thuribulū.
et archam teſtamenti cir
cumdectam ex omni par
te auro. in qua erat vrna
aurea habens manna.
et virga aaron que fron
duerat. et tabule teſta
menti. Super que erant
cherubin glorie obum
brancia propiciatoriū:
de quibus non ē modo
dicendum per ſingula
Hiis vero ita compoſi
tis: in priori quidem ta
bernaculo ſemper introi
bant ſacerdotes ſacrifi
ciorum officia conſum
mantes. In ſecūdo vero
ſemel in anno ſolus pō
tifex nō ſine ſāguine
quem offerret pro ſua po
puliqꝫ ignorancia: hoc
ſignificante ſpiritu ſcō.
nondum propalatam
eſſe ſanctorum viam.
adhuc priori tabernaclō
habente ſtatum. Que
parabola ē temporis in
ſtantis. Iuxta quod mu
nera et hoſtie offeruntur
quod non poſſunt iuxta
conſcienciam pfectum
facere ſeruientem. Solū
modo in cibis et ī potibꝫ
et in variis baptiſmati
bus et iuſticiis carnis
vſqꝫ ad tempus correp
tionis impoſitis. Xpiſtus
autem aſſiſtens pōtifex
futurorum bonorū per
amplius et perfectius
tabernaculum nō ma
nufactum. id eſt non
huius creationis. neqꝫ
per ſanguinē hyrcorū
et vitulorum. ſed per
proprium ſanguinē
introiuit ſemel in ſcā:
eterna redemptione in
uenta. Tractus.

Laudate dominum
omnes gentes: et col
laudate eum omnes populi.
V. Quoniam confirmata
est super nos misericordia eius.
et veritas domini manet
in eternum. Secundum lucam
In illo tempore:
Dicebat ihesus
turbis similitudinem
hanc. Arborem fici habe
bat quidam plantatam
in vinea sua: et venit q
rens fructum in illa et
non invenit. Dixit au
tem ad cultorem vinee
Ecce anni tres sunt ex
quo venio querens fruc
tum in ficulnea hac: et
non invenio. Succide
ergo illam. Ut quid etiam
terram occupat? At ille
respondens dixit illi. Do
mine dimitte illam et
hoc anno: usque dum fo
diam circa illam et mit
tam stercora. Et si quidem
fecerit fructum: sin autem
in futurum succides eam.
Erat autem docens in
synagoga eorum sabbatis.
Et ecce mulier que ha
bebat spiritum infirmi
tatis decem et octo: et erat annis
inclinata. nec poterat
omnino sursum respi
cere. Quem cum vidisset ihesus
vocavit eam ad se. et ait
illi. Mulier dimissa es
ab infirmitate tua. Et
imposuit illi manus.
et confestim erecta est.
et glorificabat deum.
Respondens autem ar
chysinagogus indignans
quia sabbato curasset
ihesus: dicebat turbe.
Sex dies sunt in quibus
oportet operari. In his
ergo venite et curamini:
et non in die sabbati.
Respondit autem ad
illum dominus et dixit.
Hypocrite: unusquisque
vestrum sabbato non
solvit bovem. aut a
sinum a presepio. et
ducat adaquare? Hanc
autem filiam abrahe
quam alligavit sathanas

ecce decem et octo annis . n̄o
oportuit ſolui a vinculo
iſto die ſabbati. Et cum
hec diceret erubeſcant om
nes adverſarii eius. Et
omnis populus gaude
bat in univerſis: que glo
noſe fiebant ab eo.
Domine deus ſalutis mee
in die clamavi et nocte corā
te. intret oratio mea in con
ſpectu tuo domine.
Concede queſumus
omnipotens deus
ut oculis tue maieſtatis
munus oblatum et gra
tiam nobis devotionis
obtineat: et effectum bea
te perhennitatis acquirat
Per.
Menſe ſeptimo feſta celebra
bitis cum in tabernaculis
habitare fecerim filios iſrael.
cū educerem eos de terra egipti
ego dominus deus veſter.
Perficiant in nobis
domine q̄s tua ſacra
menta q̄d continent ut
q̄ nunc ſpecie gerimus rerū
veritate capiamus Per



audeamus
omnes
in domi
no diem
feſtum
celebrā
tes ſub
honore genovefe virginis.
de cuius nativitate gaudent
angeli et collaudant filiū
dei. Eructavit cor meū
verbum bonum: dico ego o
pera mea regi. Gloria.
Beate genovefe
natalicia venerā
da domine queſumus.
eccleſia tua devota ſuſci
piat: et fiat magne glo
rificationis amore devo
tior. et tante fidei perfectae
exemplo. Per.
Sapientia
vincit maliciā:
attingit ergo a fine uſq;
ad finem fortiter. et diſpo
nit omnia ſuaviter.
Hanc amavi et exquiſivi
a iuventute mea: et quēſi
vi ſponſam mihi aſſumere

et amator factus sum forme illius. Generositatem glorificat: contubernium habens dei. Sed et omnium dominus dilexit illam. Doctrix est enim discipline dei: et electrix operum illius. Resp. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia concupivit rex speciem tuam. Alleluya. [illegible] Veni electa mea et ponam te in thronum meum quia concupivit rex speciem tuam.

Genovefe [illegible] sollempnitas sollempne parit gaudium. Cordis erumpat puritas in laudis sacrificium. Felix ortus infantule teste germano presule. Quod preludit in spiritu rerum probatur exitu. Hic ad pectus virgineum pro predotis signaculo. Nummum suspendit ereum crucis insignem titulo. Genovefam divini

tus oblato dotat munere. In templum sancti spiritus sub Christi dicans federe. In sontem manu feriens mater privatur lumine. Matri virgo compatiens lucis dat usum pristine. Genovefa magnanimis carnem frangit ieiunio. Terramque rigans lacrimis iugi gaudet martirio. Celesti duce previo celos lustrat et tartara. Civesque precum studio servat agente barbara. Divino dum munere sitim levat artificum. Contractum casu mulier matri resignat unicum. Ad primam precem virginis contremiscunt demonia. Pax datur energuminis spes reis venia. In eius manu cerei reaccenduntur celitus. Per hanc in sinus alvei reddit amnis coherentius. Ignem sacrum refrigerat post mortem vivens meritis. Que prius in se vicerat estus interni fomitis. Morti. morbis. demonibus et elementis

imperat. Sic genuencia p̄
cibus nature leges ſuperat
Operatur in paruulis xp̄i
uirtus magnalia. Xp̄o p̄
pro tot miraculis laus fre
quens regis gloria. Am.

Secundum matheum.

In illo tempore:
Dixit ihesus di
ſcipulis ſuis parabolā
hanc. Simile eſt reg
num celorum decem vir
ginibus. que accipientes
lampades ſuas. exierūt
obuiam ſponſo & ſponſe.
Quinque autem ex eis
erant fatue: et quinque
prudentes. Sed quinque
fatue: acceptis lampa
dibus non ſumpſerunt
oleum ſecum. Pruden
tes vero: acceperūt oleū
in vaſis ſuis cum lam
padibus. Moram au
tem faciente ſponſo:
dormitauerunt omnes
et dormierunt. Media
nocte autem clamor factus
eſt: ecce ſponſus venit
exite obuiam ei. Tunc
ſurrexerunt omnes vir
gines ille: et ornauerūt
lampades ſuas. Fatue
autem ſapientibus dixe
runt. Date nobis de oleo
veſtro: quia lampades no
ſtre extinguuntur. Reſpō
derunt prudentes dicentes
Ne forte non ſufficiat
nobis et vobis: ite potius
ad vendentes. & emite vo
bis. Dum autem irent
emere venit ſponſus: et
que parate erant intra
uerunt cum eo ad nup
tias. et clauſa ē ianua.
Nouiſſime autem veni
unt et relique virgines
dicentes. Domine dn̄e:
aperi nobis. At ille reſ
pondens ait. Amē dico
vobis: neſcio vos. Vigi
late itaque: quia neſcitis
diem neque horam. Off.

Offerentur regi virgines
proxime eius offerentur
tibi in leticia et exultati
one adducentur in tem
plum regi domino. Sec.

Offerimus domine

Credo in unum deum

preces et munera in hono
re ſancte genouefe gau
dentes. preſta queſumus
vt conuenienter hec agē
re remedium ſempiter
num valeam' acquirere.
Per. Comunio.
Diffuſa eſt gratia in labiis
tuis propterea benedixit te de
us in eternum. Poſt com
Adiuuent nos qs
domine et hec ſā
cta miſteria que ſump
ſimus. et beate genouefe
intercеſſio veneranda. P.
dominum noſtrum.
In tranſlatione bte ge
nouefe vig. Gaudeam'
omnes in domino. vt ſ. oro

Deus qui
nos hodi
erna die
beatiſſe
virginis
genouefe tranſlatione
tribuiſti gaudere: cõcede
propicius vt eius adiu
uemur meritis. cuius
caſtitatis inſtruimur
exemplis. Per dñs. n.

eplã. Sapiencia vi
cit maliciam. vt ſup.
℟ Propter veritatem.
Alleluya ℣ Veni electa.
proſa Genouefe ſc̄e a el
acio. euuãgel Simile
e regnum celorum the.
offert Offerentur. Secreta
Munera populi
tui queſumus
domine placatus aſſu
me. et beate virginis ge
nouefe tranſlatione.
a cunctis eorum nexib'
abſolue. Per. Comm
Diffuſa ẽ. Poſt comuñ
Repleti muneris
ſacri oblatione
queſumus domine de
us noſter: vt cuius hec
tranſlatione peregim'
eius ſemper meriti' ad
iuuemur. Per dñm
noſtrum iheſum xp̄m
filium tuum. Qui te
cum viuit et regnat
in vnitate ſpiritu' ſcī
deus. p oīa ſc̄la ſclor.
In feſto miraculorum
bte genouefe. Ad miſſã

Credo in
vnū deū

Gaudeamus omnes
in domino diem fe
ſtum celebrantes sub honore pſalm.
Eructauit cor meũ verbũ.
Deus Oratio.
qui beate geno
uefe virginis excellenciã.
multiplici virtutum glo
ria declaraſti concede quesumus nobis
vt que hodierna die in
membris humanis .
ignis horrendi conſum
pſit incendium . nos
quoque a gehenne incen
diis liberatos: ad gau
dia tranſferat angelo
rum. Per dominum.
Epla. Sapiencia
vincit maliciam. R.
O quam felix es tu pari
ſius. O. quam felix es dul
cis francia. que liliũ lilijs
pulchrius protuliſti. curãs
incendia. V. Lilium eſt
genoueſa pia. per quam
mira dei potencia operatur
magna prodigia. Alleluya
V. Iſta eſt virgo ſapiẽs.
dulce ſuo que capiens. oleũ
leticie ignem ſacrũ hodie
in membris delinquentibus
extinxit ſuis precibus ma
tre dei mediante. iram dei
mitigante. Proſa
Gaude prole francia
congratulare gallia
letare mens hominis gau
deas eccleſia colens mira
bilia genouefe virginis.
Sed tu gaude potius O.
felix pariſius de ſui preſencia.
Qui ſentis frequencius.
ceteris vberius eius preſencia
Iuxta ſponſum poſita.
virgo clemens inclita lau
dari promeruit. Quod deũ
ſinceriter feruenter et iu
giter toto corde coluit hec
eſt illa domina in cuius
natalibus modulata car
mina: ſunt a celi ciuibus.
Hec deo propicio trãſiit
luteciam monte locutico
ſedem tenet propriam.
Hic eſt eius tumulus
et capſa cum corpore
huc accedit populus
multus omni tempore
Ad eius ſuffragia. hic ſa
nantur rabidi reis dueĩ

per gratiam tuã

venia venia et curant mor
bidi. Rex ſtrenuus clodoueus
hic ſtatuit in medeus ciui
tatem regiam. Hic funda
uit et dotauit q̄ regina cō
ſummauit regalem eccle
ſiam. Dictum regem bap
tizauit dictum locum dedi
cauit pontifex remigius.
Ibi fuit inhumata geno
ueſa virgo data populo
pariſius. Ciuitatem hanc
elegit hanc conſeruat hāc
qз regit hanc liberat ab
hoſtibus: et periculis omī
bus. Aquas ſedat inſolē
tes. morbos curat ſeuiētes
in humanis corporibus.
pctis exigentibus. Quodā
membra peccatorū flagel
lauit rex celorum igne
ſacro qui membrorum.
pcta conſumeret. Ars nō
valet medicorum turba
currit egrotorum deum
rogans vel ſanctorum p̄
ce plebi pareret. Plebs
multa reprobatur corpu
ſancte poſtulatur quo cō
ceſſo ordinatur ſollempnis
proceſſio. Egrotantes nu
merantur quorum centū
mox ſanantur nec hii
tantum leuantur ſed et
tota regio. Genoueſa ſup
plicante matre dei media
te ceſſat morbus deo dāte
teſte innocentio. Dicta mi
ra comprobante. inde feſtū
conſecrante idqз deo cōfir
mante lapſo capitero.
Virginis oratio: ſit nob
ſolatio. Amen. euāngel.
Simile eſt regnum
celorum decem virg. Credo in unū deum
offr. Stetit genoueſa ant
thronum dei orans pro ſa
lute languentis populi
cum matre domini virgi
ne maria. quas deus au
diuit ꝯ reuerencia et ad
tactum capſe p fugata.
peſte laudant deum tur
be alleluya. Secreta.
Per hec domine do
na preſencia. bea
ta virgo genoueſa tibi
nos reddat acceptos: et
ab ignibus eternis ī tac
tos. tibi nos recōſignet

lumnum tue claritatis
oblatos. Per do. Com:
A ue virgo xpifera. aue
virgo genoueſa: deſolat
ſuccurrite. preces ſemper
effunde dei patri ad fili
um pro ſalute fidelium.
Beata virgo Poſt
genoueſa qs do.
domine. ſumptis donis
celeſtibus ſua nos in
terceſſione letificet: et apud
te meritis ſuis glorioſis
obtineat: ne prepara
tos impiis ſempiternos
ſentiamus ardores. P.
dominum noſtrum
ihesum xpiſtum filiũ
tuum. Qui tecum viuit
et regnat in vnitate
ſpiritusſancti deus.
Per omnia ſecula ſe
culorum.
Item de ſancta genoueſa
Ad miſſam propriam.
Introitus.



enerem
omnes
in domino
voce corde
viſu toto
ſanctitatem genoueſe vir
ginis deuotis ſuffragiis
gaudent populi et collau
dant filium dei. ps. Domi
ne refugium factus es no
bis a generatione in gene
rationem. Glia Oratio
Beate genoueſe
virginis tue do
mine deus glorioſis me
ritis adiuuemur. et eius
ſacro interuentu corpo
ris et anime ſanitate
gaudentes gratia tua
cooperante ſaluemur.
Per dominum Alia o.
Preſta queſumus
omnipotens deus
ut beate genoueſe virgi
tue preſenciam venera
tes: meritis ipſius prote
gamur et precibus. P.
dominum. Ad comunio.
Fratres. Qui
gloriatur in do

mino glorietur. Non enī qui ſeipſum commendat ille probatus eſt: ſed quē deus commendat. Utinā ſuſtineretis modicum qd inſipientie mee: ſed et ſupportate me. Emulor enī vos: dei emulatione. Deſpondi enim vos uni viro virginem caſtam: exhibē chriſto. Reſponſorium.

O pia ſponſa dei. tribulatis ſpes requies virgo francigena: virgo dulcedine plena in te ſperantes: audi miſerando precantes. Verſus Dele peccamen vexatis peſte iuvamen meſtis ſolamen porrige ſemper amen Alleluya. V. Genouefa virgo clemens. te precātes reſpice tolle pondus culpe prementis: hoſtes clades abice egrum corpus et cor gementis ſalubriter refice. Alleluya. V. Ora pro nobis miſeris ſancta virgo genoueſa que nunc gaudes i ſuperis miraculis innumeris fulgens virtute divina. Ad Proſam.

Ad te confugimus virgo flos gratie per te que poſcamus regis clementie miſericordiam. Offer o domina eius preſentie noſtra precamina pacis et venie reportans gratiam. Te diligentiū perſecuta dogmata i terna nitentiū et per cariſmata clementer inſtruat. Illa le credentium per orb' climata et malignantiū fraudes et ſchiſmata: potenter deſtruat. Te ſcūs pontifex antiſſiodori: lapſorum opifex ſanctam nanthodori: vidit per ſpiritum. Te preſul vilicus electam meminit cetus angelicus obtutum cernit natale inclitum. Sanans ydropiſim: devotis precibus leprā paraliſim et mutis faucibus vocem reſtituens. Succurris ethicis febricitātibus: cecis lunaticis et morbis omībz vitā

das mortuus. Ergo ſpoſa
dei genoueſa pia tua he-
rei ſacra ſubſidia: deuote
petimus. Virgo magna
nimis: nos puſillanimes
purgatis animis reddas
vnanimes xpiſto dum
viuimus. Meſtos leti-
ficet errantes corrigat
ſtantes firmificet iacen-
tes erigat. per te cuncti po-
tens. Per tua merita
per matrem remittens
debita: det dona glorie:
nobis altipotens. Am.
In quadrageſima tract.
Gaude ſancta ge-
noueſa pia pru-
dens illibata ſponſa xpi
virgo. Ab angelis collau-
data a germano prophe-
tata que fuiſti. Verſus.
Signa patrans īfinita
tam digna tam mira
vita ſic vixiſti. V. Quod
poſt mortem coronata:
celos virgo deo grata poſ-
ſediſti. Ubi cunctis ple-
na bonis: iugiter ora pro
nobis. Amen. Tpe paſch.

Virtutes Proſa.
paſchalis agni
celebrant xpiſtiani. Sa-
ctus ſanctorum ſanctā
elegit genoueſam que do-
cuit mores peccatores.
Mortem vita patulo:
fugat in īfantulo. cum
per hanc mortuus ſurgit
viuus. Dic nobis o pia
quis ſic fecit talia. Po-
teſtas xpiſti viuentis ad
ſui laudem et bonum ge-
tis. Germanus eſt teſt
et curia celeſtis. Quod
xpiſtus fuit ſpes mea.
ſed hoc negauit quondā
gens rea. Credendū eſt
magis ſoli germano ve-
raci q̄ perfidorum turbe
mendaci. Scimus deū
elegiſſe genoueſam vere
per illam noſter rex mi-
ſerere. Amen. Sec. math.
In illo tempore:
Dixit iheſus di-
ſcipulis ſuis parabolā
hanc. Simile eſt regnū
celorum decem virginibus.
vt s. Offertorium

Protege nos quesumus domine per merita sancte genouefe ab omnibus molestiis et a cunctis angustiis. ut sic maiestati tue seruiamus assidue quatenus tandem nobis in celis te ipsum dare digneris. Secreta.

Interueniente pro nobis beata uirgine genouefa clementiam tuam deposcimus pie pater. ut salutem animarum nostrarum pariter et corporum hec hostia sacrosancta efficaciter operetur. Per dominum nostrum ihesum christum filium tuum. Qui tecum uiuit et.

Alia. Secreta.

Preces nostras quesumus domine propiciatus admitte. et dicandum tibi sacrificium beata genouefa uirgo commendet. Per d. n. Communio.

O genouefa respice nos pietatis oculo et consors lucis angelice et lesu clara titulo regis assistens uultui nos regi reconcilia da nobis sponso perfrui sponsa sponsi que filia. Communio.

Per petrum rei facti sumus per te uirgo liberati sumus dolus demonis seduxit nos filius dei liberet nos alleluia. Post commu.

Celesti pane refecti humiliter te deprecamur domine ihesu christe ut per preces et merita beate genouefe uirginis delictorum ueniam sospitatem et gratiam et eternam gloriam consequamur. Qui uiuis. Alia oratio.

Beate genouefe uirginis tue precibus confidentes quesumus domine ut per ea que sumpsimus eterna remedia capiamus. Per do.

In conuersione sancti pauli. Ad missam offic.

Letemur omnes
in domino ho
diernum diem
sollempniter celebrantes q
beatus paulus conuersione
sua presentem mundum
decorauit. ps. Domine p
basti me et cognouisti me:
tu cognouisti sessionem meā
et resurrectionem meam.
Gloria patri. Oratio.
Deus qui uniuer
sum mundum
beati pauli apostoli pre
dicatione docuisti: da
nobis quesumus. ut
qui eius hodierna die
conuersionem colimus
per eius ad te exempla
gradiamur. Per.
Lectio actuum apostolorum.
In diebus illis.
Saulus adhuc
spirans minarum et
cedis in discipulos do
mini. accessit ad prin
cipem sacerdotum. et
petijt ab eo epistolas in
damascum ad synago
gas: ut si quos inuenisset

huius uie uiros ac mu
lieres. uinctos perduceret
ierlm. Et cum iter fa
ceret: contigit ut appro
pinquaret damasco.
Et subito circumfulsit
eum lux de celo: et cadēs
in terram audiuit
uocem de celo dicentem
sibi. Saule Saule quid
me persequeris? Qui
dixit. Quis es domine?
Et ille. Ego sum ihesus
quem tu persequeris.
Durum est tibi contra
stimulum calcitrare.
Et tremens ac stupens
dixit. Domine quid me
uis facere? Et dominus
ad eum. Surge et ingre
dere ciuitatem: et dicetur
tibi quid te oporteat fa
cere. Viri autem illi qui
comitabantur cum eo
stabant stupefacti: au
dientes quidem uocem.
neminem autem uiden
tes. Surrexit autem
saulus de terra: apertis
que oculis nichil uidebat

Ad manus autem illū
trahentes: introduxerūt
damascum. Et erat
ibi tribus diebus non
videns: et non mandu
cavit neq; bibit. Erat
autem quidem discipls
damasci noīe ananias.
et dixit ad illum ī visu
dominus. Anania. Et
ille ait. Ecce ego dn̄e.
Et dominus ad illum.
Surgens vade in vicum
qui vocatur rectus: et
quere in domo iude sau
lum nomine tharsensē
Ecce enim orat. Et
vidit virum nomine
ananiam introeuntē
et imponentem sibi ma
num: ut visum recipi
at. Respondit autem
ananias. Domine au
divi a multis de viro
hoc. quanta mala sc̄is
tuis fecerit in ierusalē:
et hic habet potestatem
a principibus sacerdotū
alligandi omnes qui
invocant nomen tuū.

Dixit autem ad eum
dominus. Vade qm̄
vas electionis michi
est iste: ut portet nomē
meum coram gentibꝫ
et regibus et filijs isrl̄.
Ego enim ostendā illi
quanta oporteat eum
pro nomine meo pati.
Et abijt ananias et
introiuit in domum:
et imponens ei manꝰ
dixit. Saule frater. do
minus misit me ihesꝰ
qui apparuit tibi ī via
qua veniebas. ut videas
et implearis spiritu sā
cto. Et confestim ceci
derunt ab oculis eius
tanq̄ squame: et visum
recepit. Et surgens
baptizatus est. Et cū
accepisset cibum: con
fortatus est: Fuit autē
cum discipulis q̄ erāt
damasci: per dies aliq̄t
Et continuo ingressus
paulus in synagogas:
predicabat ihm̄. qm̄
hic ē filius dei. Stupe

bant autem omnes qui eum audiebant: et dice bant. Nonne hic est q̄ expugnabat in ierlm eos qui invocabant no men istud? Et huc ad hoc venit: ut vinctos illos duceret ad principes sacerdotum. Saul autem multomagis cō valescebat et cōfundebat iudeos: qui habitabant damasci. Affirmans: quoniam hic est xpūs. Gñr. Qui operatus est petro in apostolatum operatus est et michi inter gentes et cog novetunt gratiam dei que data est michi. Versus. Gratia dei in me vacua nō fuit. Sz gratia eius semper in me manet. Alleluya. V̄sus. Magnus sanctus paulus vas electionis vē digne est glorificandus. Clare sanctor pla senatus apostolo rum princeps orbis terrarū rectorqz regnorum. Eccle siarum mores et vitam moderare. Que per doctrinā tuam fideles sunt ubiqz. Anthiocus et remus con cedunt tibi petre regnu so lium. Tyrannidem tu pau le alexandrinam inuasisti gerciam. Ethiopes vom vos matlice agnelli vellere. Qui maculas nesciat aliqs vestisti candido. Thomas bartholomee Johannes philippe Symon Jacobiqz pariles. andrea thadee dei bellatores mediti. En vos oriens et occidens immo teres mundi circulus se patres habere gaudet et ex pectat iudices. Et iterato mundus omnis laudes vobis et honorem sanctis debitum suppler impen dit. Tractus. Tu es vas electionis beate paule doctor colende. V̄. A cuius ore di uini semina verbi fluxerit pre in toto orbe. Versus. Jdeoqz celestis laureā regni accipere dignatus quam meruisti. versus.

vhc. In quo ſemper ſine fine
gaudes et pfruens gloria p
hennı quia fideliter certaſti
in conſpectu dei. S. mattheū.
In illo tempore:
Dixit ſymon pe
trus ad iheſum. Ecce no
reliquimus omnia et ſe
cuti ſumus te: quid ergo
erit nobis? Iheſus autē
dixit illis. Amen dico vo
bis: qd vos qui ſecuti eſtis
me. in regeneratione cū
ſederit filius hominis in
ſede maieſtatis ſue ſede
bitis et vos ſuper ſedes
duodecim. iudicantes
duodecim tribus iſrael.
Et omnis qui reliquē
rit domū. vel fratres aut
ſorores aut patrem aut
matrem aut vxorē aut
filios. aut agros propter
nomen meum centuplū
accipiet et vitam etnā
poſſidebit.
Credo ī vnū deum.
Offer. Michi autem nimis
honorificati ſunt amici tui
deus nimis confortatus eſt
principatus eorum Secr.
Apoſtoli tui pauli
precibus domine
plebis tue dona ſanctifica:
vt que tibi grata ſunt
inſtituto gratiora fiāt
patrocinio ſupplicantis.
Per dnm. Communio
Amen dico vobis quod vos
qui reliquiſtis omnia et
ſecuti eſtis me centuplum
accipietis et vitam eternā
poſſidebitis. post communio
Sanctificati domi
ne ſalutari mi
ſterio: queſumus. vt
pro nobis eius nō deſit
oratio. cuius nos dona
ſti patrocinio guberna
ri. Per In vigilia purifi
cationis bte marie virgis
Lux fulgebit
hodie ſup nos
quia natus
eſt nobis dominus et vo
cabitur admirabilis deus
princeps pacis pater futu
ri ſeculi cuius regni non
erit finis. ps Dūs regnaū
decorem īduit induit dūs

fortitudīs ꝛ pcīxit ſe v̄tute. Or.
Deus qui ſalutis
eterne beate ma
rie virginitate fecunda.
humano generi p̄mia
preſtitiſti: tribue que
ſumus. ut ipſam pro
nobis intercedere ſenti
amus: per quam me
ruimus auctorem vite
ſuſcipere. Dominum no
ſtrum iheſum xpiſtū
filium tuum. Lectio
epiſtole b. pauli apl'i Ad
Cariſſime. tytum
Apparuit beni
gnitas et humanitas
ſaluatoris dei noſtri.
Non ex operibus iuſti
cie que fecimus nos:
ſed ſecundum ſuam
miſericordiam ſaluos
nos fecit. per lauacrū
regenerationis et re
nouationis ſpūſſcī
quem effudit in nos
habunde per iheſum
xpiſtum ſaluatorem
noſtrum. Ut iuſtifica
ti gratia ipſius. heredes

ſimus ſecundum ſpem
vite eterne. In xpiſto ie
ſu domino noſtro. Gradl'
Benedictus qui venit in
nomine domini deus domi
nus et illuxit nobis. V̄
A domino factum eſt et
eſt mirabile in oculis nr̄is.
Alleluya. V̄ Dominus
regnauit decorem induit
induit dominus fortitu
dinem et precinxit ſe virtu
te. Secundum matheū.
In illo tempore.
Defuncto herode:
ecce apparuit angelus do
mini in ſompnis ioſeph
in egypto dicens. Surge
et accipe puerum et ma
trem eius: et vade ī terrā
iſrael. Defuncti ſunt enī
qui querebant animā
pueri. Qui conſurgens
accepit puerum et ma
trem eius: et venit in ter
ram iſrael. Audiens au
tem quod archelaus re
gnaret in iudea pro herode
patre ſuo: timuit illo ire
Et admonitus ī ſompnis

ſeceſſit in partes galilee: et veniens habitauit in ciuitate que vocatur nazareth: vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetam quoniam nazareus vocabitur. Offertorium.

Deus enim firmauit orbem terre qui non commouebitur parata ſedes tua deus ex tunc a ſeculo tu es. Secreta.

Munera noſtra queſumus domine natiuitatis hodierne myſteriis apta proueniant: vt ſicut homo genitus idem refulſit deus: ſic nobis hec terrena ſubſtantia conferat quod diuinum eſt. Per eundem dominum noſtrum iheſum xpm f. t.

Prefatio. et Communicantes

Communio. Exulta filia ſyon lauda filia iheruſalem ecce rex tuus venit ſanctus et ſaluator mundi. Post communio.

Huius nos domine ſacramenti ſemper nouitas natalis inſtauret cuius natiuitas ſingularis humanam repulit vetuſtatem. P



In die.

Suſcepimus deus miſericordiam tuam in medio templi tui ſecundum nomen tuum deus ita et laus tua in fines terre iuſticia plena eſt dextera tua. pſalmus.

Magnus dominus et laudabilis nimis in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius. Gloria patri.

Omnipotens. Oratio. ſempiterne deus maieſtatem tuam ſupplices exoramus: vt ſicut vnigenitus filius tuus hodierna die cum noſtre carnis ſubſtantia in templo eſt preſentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus preſentari. Per. Lectio malachie prophete.

Hec dicit dominus. Ecce mitto angelum meum et preparabit viam tuam ante

faciem meam. et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator quem vos queritis; et angelus teſtamenti quem vos vultis. Ecce venit: dicit dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem adventus eius? Et quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans: et quaſi herba fullonum. Et ſedebit conflans et emundans argentum: et purgabit filios levi. Et colabit eos quaſi aurum et quaſi argentum: et erunt domino offerentes ſacrificia in iuſticia. Et placebit domino ſacrificium iuda et ierusalem: ſicut dies ſeculi. et ſicut anni antiqui. Dicit dominus omnipotens. Reſpons. Suſcepimus deus miſericordiam tuam in medio templi tui ſecundum nomen tuum domine ita et laus tua in fines terre. V. Sicut audivimus ita et vidimus in civitate dei noſtri in monte ſancto eius. Alleluya. Verſus. Adorabo ad templum ſanctum tuum et confitebor nomini tuo. Proſa.

Hac clara die turma feſtiva dat preconia Mariam concrepando ſymphonia nectarea. Mundi domina que eſt ſola caſtiſſima virginum regina. Salutis cauſa vite porta atque celi referta gratia. Nam ad illam ſic nuncia olim facta angelica. Ave maria gratia dei plena per ſecula: Mulierum pia agmina intra ſemper benedicta. Virgo et genitrix mater intacta prole glorioſa. Cui contra maria hec reddit femina. In me quomodo tua iam fient nuncia. Virum non novi nullam certe copulam. Et quo atque nata ſum ico

nupta. Quia nuſſus ita red
dit affiata. Flatu ſacro ple
na fies maria. Noua efferēs
gaudia celo terre nati per
cordia. Intra tui uteri clau
ſtra portas qui gubernat e
terna. Omnia qui dat tem
pora pacifica. Tractus.

Gaude maria uirgo
cunctas hereſes ſola
interemiſti. V. Que gabri
elis archangeli dictis credidiſti
V. Dum uirgo deum et
hominem genuiſti et poſt
partum uirgo inuiolata
permanſiſti. V. Dei genitrix
intercede pro nobis. Sēd; lu

In illo tempore. cum
Poſtq̄m impleti
ſunt dies purgationis
marie. Secundum legem
moyſi: tulerunt puerū
ihesum in iheruſalem
ut ſiſterent eum domi
no. ſicut ſcriptum ē in
lege domini. quia omne
maſculinum adaperiens
uuluam. ſanctum domi
no uocabitur: et ut darent
hoſtiam ſcd̄m qđ dictū

eſt in lege domini. par
turturum aut duos pul
los columbarum. Et ecce
homo erat in ierūſalem
cui nomen ſymeon. Et
iſte iuſtus et timoratus
expectans conſolationē
iſrael et ſpiritu ſanctus
erat in eo. Et reſponſū
acceperat a ſpiritu ſacto
non uiſurum ſe mortem
niſi uideret xpriſtum do
mini. et uenit in ſpiritu
in templo. Et cum in
ducerent puerū ihesum
parentes eius ut facerēt
ſecundum conſuetudi
nem legis pro eo: et ipſe
accepit eum in ulnas
ſuas. et benedixit deū.
et dixit. Nunc dimit
tis ſeruum tuum domi
ne. ſecundum uerbum
tuum in pace: quia ui
derunt oculi mei ſaluta
re tuum. quod paraſti
ante faciem omnium
populorū. Lumē ad reue
lationē gentiū: et gl'iā
plebis tue iſrael: offert'

off. Diffusa est gratia i la-
biis tuis propterea benedixit
te deus in eternum et in seculum seculi.
Exaudi. Secreta.
Domine preces no-
stras: et ut digna sint
munera que oculis tue
maiestatis offerimus
subsidium tue nobis
pietatis impende. Per.
Prefat. Quia per incar.
Com. Responsum accepit
Symeon a spiritu sancto
non visurum se mortem
nisi videret xpistum do-
minum. post communio.
Quesumus dñe
deus noster ut sac-
sancta misteria que p
reparationis nostre
munimine: intercedente
beata semper virgine m
et presens nobis reme-
dium esse facias et fu-
turum. Per.

In annunciatione beate
virginis marie Ad missam
officium.


Rorate
celi de
super
et nu
bes plu
ant iu
stum aperiatur terra et ger
minet saluatorem. psal.
Celi enarrant gloriā dei:
et opera manuum eius an
nunciat firmamentum
Gloria patri. Oratio.
Deus qui de beate
marie virginis
utero verbum tuum an
gelo nunciante carnē
suscipere voluisti presta
supplicantibus tuis: ut q
vere eam dei genitricem
credimus eius apud
te intercessionibus ad
iuvemur. Per eundē.
Lectio ysaie prophete.
In diebus illis:
Locutus est do
minus ad achaz dicens
Pete tibi signum a do
mino deo tuo i profun
dum inferni: sive in ex
celsum supra. Et dixit

achaz. Non petam: et nō
temptabo dominū. Et di
xit. Audite ergo domus
dauid. Nunquid parum
vobis ē moleſtos eſſe hō
minibus quia moleſti eſtis
et deo meo: Propter hoc
dabit dominus ipſe vob
ſignum. Ecce virgo cō
cipiet. et pariet filium:
et vocabitur nomen eius
emanuel. Butirum et
et mel comedet: vt ſciat
reprobare malum: et eli
gere bonum. Reſponſor
Tollite portas principes v̄ras
et eleuamini porte eternales
et introibit rex glorie. Verſ.
Quis aſcendet in montem
domini aut quis ſtabit in
loco ſancto eius innocens ma
nibus et mundo corde. Proſa
Aue maria gratia
plena. Dominus
tecum virgo ſerena. Bene
dicta tu ī mulieribus Que
peperiſti pacem hominibus
et angelis gloriam. Et
benedictus fructus ventris
tui. Qui coheredes vt eſſem

Benedicta es celorū Regina
In i° folio

ſui nos fecit per gratiam.
Per hoc autem aue mūdo
tam ſuaue contra carnis
iura. Genuiſti prolem
nouum ſtella ſolem noua
genitura. Tu parui et
et magni leonis et agni
ſaluatoris xpiſti templū
extitiſti ſed virgo ītacta.
Tu floris et roris panis
et paſtoris virginū regina
roſa ſine ſpina genitrix
es facta. Tu ciuitas regis
iuſticie. Tu mater es mi
ſericordie. De lacu fecis
et miſerie Theophilum
reformans glorie. Te col
laudat celeſtis curia. Que
es regis mater et filia.
Per te reis donatur venia
Per te iuſtis confertur
gratia. Ergo maris ſtel
la verbi dei cella et ſolis
aurora. Paradiſi porta
per quam lux eſt orta na
tum tuum ora. Vt nos
ſaluet a peccatis et in re
gno claritatis quo lux
lucet ſedula collocet per
ſecula. Amen Tractus

Aue maria gratia plena dominus tecum. V. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus uentris tui. Versus. Ecce concipies et paries filium et uocabitur nomen eius emmanuel. Versus. Quomodo in me fiet istud quoniam uirum non cognosco: et respondens angelus dixit ei. Versus. Spiritus sanctus superueniet in te et uirtus altissimi obumbrabit tibi. V. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius dei. Secundum Lucam.

In illo tempore: Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth ad uirginem desponsatam uiro cui nomen erat ioseph de domo dauid: et nomen uirginis maria. Et ingressus angelus ad eam: dixit. Aue gratia plena: dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiam apud dominum. Ecce concipies in utero et paries filium: et uocabis nomen eius ihesum. Hic erit magnus et filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus sedem dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternum et regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud quoniam uirum non cognosco? Et respondens angelus: dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: et ipsa concepit

filium in senectute sua.
Et hic mensis est sextus
illi que vocatur sterilis:
quia non erit impossibi
le apud deum omne ver
bum. Dixit autem maria
Ecce ancilla domini. fi
at michi secundum ver
bum tuum. Credo
offm. Ave maria gratia
plena dominus tecum be
nedicta tu in mulieribus
et benedictus fructus ven
tris tui. Secreta.
In mentibus no
stris domine ve
re fidei sacramenta confirma:
ut qui conceptum de vir
gine verum deum et ho
minem confitemur. per
eius salutifere resurrec
tionis potentiam ad e
ternam mereamur per
venire leticiam: Per.
eundem. Communio. pfatio
Ecce virgo concipiet et pa
riet filium et vocabitur no
men eius emmanuel. post
Gratiam tuam quesumus
domine mentibus
nostris infunde ut qui
angelo nunciante cristi
filii tui incarnationem
cognovimus. per passio
nem eius et crucem. ad
resurrectionis gloriam
perducamur. Per eundem
Sci marci euangel' offic.
Protexisti me
deus a conven
tu malignan
tium alleluya a multitudi
ne operantium iniquitatem
alleluya alleluya alleluya.
Ps. Exaudi deus orationem
meam cum deprecor: a ti
more inimici eripe animam
meam. Gloria. Oratio.
Deus qui beatum
marcum euan
gelistam tuum euange
lice predicationis gratia
sublimasti: tribue quesumus
eius nos semper et eru
ditione proficere et ora
tione defendi. Per dominum.
Lc. ezechielis prophete.
Similitudo vultus
animalium. faci
es hominis: et facies

leonis a dextris ipsorum
quatuor. Facies autem
bovis a sinistris ipsorum
quatuor. Et facies aquile
de super ipsorum quatuor.
Et facies eorum: et penne
eorum extente de super.
Due penne singulorum
iungebantur: et due te
gebant corpora eorum.
Et unumquodque eorum co
ram facie sua ambula
bat. Ubi erat spiritus
impetus illuc gradieba
tur. nec revertebantur
cum ambularent. Et
similitudo animalium.
et aspectus eorum quasi
carbonum ignis arden
tium: et quasi aspectus
lampadarum. Hec erat
visio discurrens in me
dio animalium. Splen
dor ignis: et de igne ful
gur egrediens. Et ani
malia ibant et reverte
bantur in similitudinem
fulguris choruscantis.
Versus. Alleluya. Nunc
ad syon dicet ecce adsum

et iherusalem evangelistam
dabo. Alleluya. Versus.
Angelus domini descendit
de celo et accedens revolvit
lapidem et sedebat super eum.
Iocundare Prosa.
plebs fidelis cuius
pater est in celis recolens
ezechielis prophete promia.
Circa tronum maiestatis
cum spiritibus beatis quatuor
diversitatis astant anima
lia. Est iohannes testis
ipsi dicens in apocalipsi
vere vidi vere scripsi vera
testimonia. Formam pri
mam aquilinam et secun
dam leoninam. sed huma
nam et bovinam duo gerunt
alia. Forme formant fi
gurarum formas evan
gelistarum quibus ymbre
doctrinarum stillat in ec
clesia. Hii sunt marcus
et matheus. lucas et quem
zebedeus: tibi pater misit
deus. Dum laxaret recia.
Formam viri dant ma
theo quia scribit sic de
deo sicut descendit ab eo

quem plasmauit homine.
Lucas vos est in figura ve
premonstrat in scriptura.
hostiarum tangens iura.
legis sub velamine. Marc⁹
leo per desertum clamans
rugit in apertum. iter fiat
deo certum mundum cor a
crimine. Sed iohannes ala
bina caritatis aquilina
forma fertur in diuina pu
rion lumine. Ecce forma
bestialis quam scriptura
prophetalis notat sed ma
terialis hec est impositio.
Currunt rotis volant alis
visus sensus spiritalis.
rota gressus est equalis
ala contemplatio. Quatuor
describunt isti quadriformes
actus christi et figurant
ut audisti quisque sua for
mula. Natus homo de
claratur vitulus sacrifi
catur leo mortem depreda
tur et ascendit aquila.
Paradisus his rigatur
viret floret fecundatur
his abundat his letatur
quatuor fluminibus.

Fons est christus hic se
cretus fons est altus hic
proclivi vos saporem fontes
viui ministrent fidelibus.
Horum trahat nos doc
trina vitiorum de sentina
nec sic morte repentina
dampnemur cum impiis.
Horum riuo debriatis.
sitis crescat caritatis vel
superne claritatis perfrua
mur gaudiis. Amen.

Secundum Johannem

In illo tempore:
Dixit ihesus
discipulis suis. Ego sum
vitis vera: et pater me⁹
agricola est. Omnem pal
mitem in me non feren
tem fructum: tollet eum
Et omnem qui fert fru
ctum purgabit eum ut
vberiorem fructum plus affe
rat. Jam vos mundi
estis: propter sermonem
quem locutus sum vobis.
Manete in me: et ego
in vobis. Sicut palmes
non potest ferre fructum
a semetipso nisi man

ſerit in vite: ſic et vos niſi
in me manſeritis. Ego
ſum vitis: vos palmites
Qui manet in me: et e
go in eum. hic fert fru
ctum multum: quia ſi
ne me nichil poteſtis fa
cere. Si quis in me nō
manſerit. mittetur foraſ
ſicut palmes et areſcet:
et colligent eum. et in
ignem mittent et ardet.
Si manſeritis ī me et
verba mea in vobis mā
ſerint quecumque volueritiſ
petetis et fiet vobis.
Offr. Confitebuntur celi
mirabilia tua domine et
veritatem tuam in eccleſia
ſanctorum alleluya allā.
Beati marci Secr.
evangeliſte tu
ſollempnitate tibi mūia
deferentes. queſumuſ
domine. ut ſicut illum
predicatio evangelica
fecit glorioſum: ita noſ
eius intercellio verbo et
opere tibi reddat accep
tos. Per. Cōmunio.

Letabitur iuſtus in domino
et ſperabit in eo et laudabū
tur omnes recti corde allelu
ya alleluya. Post cōmunio.
Natia alo ſpiritua
lis alimonie qs
domine deus noſter: ut
quod myſterio frequēta
mus intercedente beato
marco evangeliſta tuo
plena veritate cōſequa
mur. Per. In feſt' apl'or
Philippi et iacobi. officiū
Clamaverunt
ad te domine
in tempore af
flictionis ſue et tu de celo et
audiſti eos alleluya allelu
ya. Ps. Exultate iuſti ī
domino. rectos decet collau
datio. Gloria. Oratio.
Deus qui nos an
nua apoſtolorū
tuorum philippi et iaco
bi ſollempnitate letifi
cas: preſta queſumus.
ut quorum gaudemuſ
meritis inſtruamur ex
emplis. Per dnm.
Lectio libri ſapientie.

Stabunt iuſti in magna conſtā
tia aduerſus eos qui ſe
anguſtiauerunt: et q.
abſtulerunt labores eo:
Videntes turbabuntur
timore horribili: et mira
buntur in ſubitatione
inſperate ſalutis dicen
tes intra ſe penitenciā
agentes. et pre angu
ſtiā ſpiritus gementes.
Hii ſūt quos aliquādo
habuimus in deriſum:
et in ſimilitudinem im
properii. Nos inſēſati
vitam illorum eſtima
bamus inſaniam: et
finem illorum ſine ho
nore. Ecce quomodo cō
putati ſunt inter filios
dei: et inter ſanctos ſors
illorum eſt.

Alleluia. V. Stabunt iu
ſti in magna conſtancia
aduerſus eos qui ſe angu
ſtiauerunt. Alleluia.
V. Ite nunciate fratribus
meis vt eant ī galileam
ibi me videbunt. pſa.

xx
vii. v.

Clare ſanctorum. vc.
Secundum Johannem
In illo tempore:
Dixit ihesus di
ſcipulis ſuis. Non tur
betur cor veſtrum. Credi
tis in deum: et in me cre
dite. In domo patris
mei manſiones multe
ſunt. Si quo minus
dixiſſem vobis quiā va
do parare vobis locum.
Et ſi abiero et parauc
ro vobis locum: iterum
venio et accipiam vos
ad meipſum ut ubi
ſum ego et vos ſitis.
Et quō ego vado ſcitis.
et viam ſcitis. Dicit ei
thomas. Domine: ne
ſcimus quo vadis. Et
quomodo poſſumus
viam ſcire? Dicit ei
ihesus. Ego ſum via
veritas et vita. Et ne
mo venit ad patrem
niſi per me. Si cogno
viſſetis me: et patrem
meum vtique cognouiſ
ſetis: Et amodo cogno

ſectis eum. et vidiſtis
eum. Dicit ei philippus
Domine: oſtende nobis
patrem et ſufficit nobis.
Dicit ei Iheſus. Tanto
tempore vobiſcum ſum
et non cognouiſtis me.
Philippe: qui videt me
videt et patrem. Quomodo
tu dicis. oſtende nobis
patrem? Non credis
quia ego in patre. et
pater in me eſt? Alioquin
propter opera ipſa cre
dite. Amen amen di
co vobis: qui in me cre
dit opera que ego facio
et ipſe faciet et maiora
horum faciet. quia ego
ad patrem vado. Et
quodcumque petieritis
patrem in nomine meo
hoc faciam. Offertorium
Confitebuntur celi mi
rabilia tua domine et ve
ritatem tuam in eccleſia
ſanctorum alleluya alle
luya. Secreta.
Munera domine
que pro apoſtolorum
tuorum philippi et ia
cobi ſollempnitate de
ferimus. propicius reſ
pice et mala omnia que
meremur auerte. Per.
Communio Tanto tempore vo
biſcum ſum et non cogno
uiſtis me philippe qui vi
det me videt et patrem al
leluya non credis quia ego
in patre et pater in me eſt
alleluya alleluya. Post communio.
Queſumus domi
ne ſalutaribus
repleti miſteriis: ut quorum
ſollempnia celebramus
eorum orationibus ad
iuuemur. Per. In
inuentione ſancte crucis.
Nos autem glo
riari oportet in
cruce domini no
ſtri Iheſu xpiſti in quo eſt
ſalus vita et reſurrectio
noſtra per quem ſaluati
et liberati ſumus. pſalmus
Deus miſereatur noſtri
et benedicat nobis illumi
net vultum ſuum ſuper
nos et miſereatur noſtri

Gloria patri. Oratio.
Deus qui in pre
clara salutifere
crucis inventione passio
nis tue miracula susci
tasti: concede ut vitalis
ligni precio eterne vite
suffragia consequamur.
Qui vivis et regnas.
Oratio communis.
Deus qui unigeniti
filii tui domini
nostri ihesu xpisti precioso
sanguine vivifice crucis
vexillum sanctificare vo
luisti: concede quesumus
eos qui eiusdem sancte cru
cis gaudent honore, tua
quoque ubique protectione
gaudere. Per eundem.
Lectio epistole b. pauli ap.
Fratres: Ad galathas.
Confido de vobis
in domino quod nichil ali
ud sapietis. Qui autem
conturbat vos, portabit
iudicium quicumque est
ille. Ego autem fratres
si circumcisionem adhuc
predico: quid adhuc p
secutionem patior. Ergo
evacuatum est scanda
lum crucis. Utinam et
abscidantur qui vos con
turbant. Quicumque
volunt placere in carne.
hii cogunt vos circumcidi.
tantum ut crucis xpisti
persecutionem non pa
tiantur. Neque enim qui
circumciduntur legem
custodiunt: sed volunt
vos circumcidi ut in car
ne vestra glorientur.
Michi autem absit
gloriari: nisi in cruce
domini nostri ihesu xpisti.
per quem michi mundus
crucifixus est et ego
mundo.
Alleluia. V. Dulce ligni
dulces clavos dulcia ferens
pondera que sola fuisti di
gna sustinere regem celo
rum et dominum.
Alleluia. V. Surrexit
dominus et occurrens
mulieribus ait avete tunc
accesserunt et tenuerunt
pedes eius. Prosa.

Laudes crucis atto
llamus nos qui
crucis exultamus ſpeciali
gloria. Dulce melos tā
gat celos dulce lignum
dulci dignum credimus
melodia. Voce vita non
diſcordet cum vox vitam
non remordet dulcis eſt
ſymphonia. Servi cru
cis crucem laudant qui
per crucem ſibi gaudent
vite dari munera Dicāt
omnes et dicant ſinguli
ave ſalus tocius populi
arbor ſalutifera. O quā
felix quam preclara fuit
hec ſalutis ara rubens
agni ſanguine. Agni
ſine macula qui munda
uit ſecula ab antiquo cri
mine. Hec eſt ſcala pec
catorum per quam xpūſ
rex celorum ad ſe traxit
omnia. Forma cuius
hec oſtendit que terrarū
comprehendit quatuor
cōfinia. Non ſunt nova
ſacramenta nec recent
eſt inventa crucis hec re
ligio. Iſta dulces aquas
fecit per hanc ſilex aquas
iecit moyſi officio. Nulla
ſalus eſt in domo niſi cru
ce munit homo ſuplimina
ria. Neq; ſenſit gladium
nec amiſit filium quiſq̄s
egit talia. Ligna legens
in ſarepta ſpem ſalutis eſt
adepta paup muliercula.
Sine lignis fidei nec lechi
tus olei valet nec farinula
In ſcripturis ſub figuris
iſta latent ſed iam patent
crucis beneficia. Reges
credunt hoſtes cedunt ſola
cruce xpīſto duce hoſtis fu
gat milia. Iſta ſuos for
tiores ſemp̄ facit et victo
res morbos ſanat et lan
guores reprimit demonia.
Dat captivis libertatem
vite confert novitatem
ad antiquam dignitatē
crux reducit omnia. O
crux lignum triūphale
mundi vera ſalus vale
inter ligna nulli tale
fronde flore germine Me
dicina xpīſtiana ſalva

sanos egros sana quod nō
ualet uis humana fit in
tuo nomine. Assistentes
crucis laudi consecrator
crucis audi atque tuos tue
crucis: posthanc uitam ve
lucis transfer ad palacia.
Quos tormento uis serui
re fac tormenta non senciat
sed cum dies erit ire nob
confer et largire sempiter
na gaudia. Amen. Sequencia
sancti euangelii. Secundum matheum.
In illo tempore:
Dixit ihesus di
scipulis suis parabolam
hanc. Simile est regnū
celorum thesauro abscō
dito in agro: quem qui
inuenit homo abscondit
et pre gaudio illius uadit
et uendit uniuersa que
habet et emit agrū illū.
Iterum simile est regnū
celorum homini negociatori
querenti bonas mar
garitas. Inuenta autē
una preciosa margarita:
abijt et uendidit omnia
que habuit et emit eam.

Credo. i unū d. Offert.
Protege domine plebem
tuam per signū sancte cru
cis ab omnibus insidijs ini
micorum omniū ut tibi
gratam exhibeamus serui
tutem: et accepta bile tibi
fiat sacrificium nostrum
alleluia. Secreta.
Sacrificium domi
ne quod immola
mus placatus intende.
ut ab omni nos eruat
bellorum periculo: et per
uexillum sancte crucis
filii tui ad conterendas
potestates aduersariorum
quas insidias: nos in tue
protectionis securitate
constituat. Per. Commun
co. Per lignum serui fac
ti sumus et per sanctam
crucem liberati sumus fru
ctus arboris seduxit nos
filius dei redemit nos alle
luia. Post communionem.
Repleti alimonia
celesti et spirituali
poculo recreati quesumus
omnipotens deus: ut

nos ab hoſte maligno
defendas: quos per ligni
ſancte crucis filii tui ar
mis iuſticie mundũ tri
umphare iuſſiſti. Per
eundẽ. In die ſancti Jo
hannis baptiſte. officium
De ventre ma
tris mee voca
vit me dñs
nomine meo et poſuit os
meum ut gladium acu
tum ſub tegumento ma
nus ſue protexit me poſu
it me quaſi ſagittam ele
ctam. pſ. Bonum eſt cõ
fiteri domino: et pſallere
nomini tuo altiſſime.
Gloria pñ. Oratio:~
Deus qui preſen
tem diem hono
rabilem nobis in beati
iohannis nativitate
feciſti: da populis tuis
ſpiritalium gratiam
gaudiorum et omniũ
fidelium mentes dirige
in viam ſalutis eterne.
Per dominum noſtrum
Lectio libri ſapientie.

Hec dicit dominus
deus. Audite in
ſule: et attendite popli
de longe. Dominus ab
utero vocavit me de ven
tre matris mee recordat'
ẽ nominis mei. Et po
ſuit os meum quaſi
gladium acutum: in
umbra manus ſue pro
texit me. et poſuit me
ſicut ſagittam electam.
In pharetra ſua abſcõ
dit me: et dixit michi.
Servus meus es tu iſ
rael: quia in te gloriabor.
Et nunc hec dicit domi
nus: formans me ex ute
ro ſervum ſibi. Dedi te
in lucem gentium: ut
ſis ſalus mea uſq; ad
extremum terre. Reges
videbunt et cõſurgent
principes: et adorabũt
dominũ deum tuum.
et ſanctum iſrael qui
elegit te. Reſponſorium
Priuſquam te formarem
in utero novi te et anteq̃m
exires de ventre ſãctificavi

te. ỽ. ſ. Miſit dominus ma
num ſuam et tetigit os me
um et dixit michi.

Alleluya. ỽ. Inter natos
mulierum non ſurrexit ma
ior iohanne baptiſta.

Alleluya. ỽ. Fuit homo miſ
ſus a deo cui nomen iohan
nes erat. Proſa.

Ad honorem tuũ xp̃e
recolat eccleſia.
Precurſoris et baptiſte tui
natalicia. Laus eſt regis
in preconis ipſius p̃conio.
Quem virtutum ditat do
nis ſublimat officio. Pro
mittente gabriele ſenior
filium. Heſitauit et loq̃le
perdidit officiũ. Puer na
ſcitur noue legis noui re
gis preco tu-ba ſignifer.
Vox preit verbum para
nimphus ſponſi ſponſũ
ſolis ortum lucifer. Verbo
mater ſcripto pater nom̃
indit paruulo et ſoluta
lingua muta patris eſt a
vinculo. Eſt celeſti premõ
ſtratus iohannes oraculo
et ab ipſo preſignatus
ventris latibulo. Quod etate
prematura datur heres id
figura quod ĩ fecunda diu
parens res profunda. Cõ
tra quidem carnis iura
iohannis hec genitura ta
lem gracia partum for
mat non natura. A luo
deum virgo claudit clau
ſo clauſus hic applaudit
de ventris anguſtia. Agnũ
monſtrat in aperto vox cla
mantis in deſerto vox ver
bi prenuncia. Ardens fuit
verbo lucens et ad veram
lucem ducens multa do
cens milia. Non lux iſte
ſed lucerna xp̃us vero lux
eterna lux illuſtrans oĩa
Cilicina tectus veſte pel
lis camelis trophium.
Cũ locuſtis mel ſilueſtre
ſumpſit in edulium. Ante
ſtante ſibi xp̃o non ſur
rexit maior iſto natus
de muliere. Hoc tantum
ſic excepit qui de carne
carnẽ ſumpſit ſine carnis
ope. Capitali uict⁹ pena iu
bet ĩ carcere collũminari.

Cuius caput rex in cena
non horret pro munere p
ſentari. Martyr dei licet
rei ſimul nec idonei tue
laudi. Te laudantes et
ſperantes de tua clemētia
nos exaudi. Cuium nobis
hoc natale dat pfectū gau
dium. Nec nos minus tri
umphale delectet marty
rium. Veneramur et mi
ramur in te tot miſteria.
Per te frui xpuſtus ſua
det nobis preſentia Am

Secundum lucam

In illo tempore.
Elizabeth imple
tum eſt tempus parien
di: et peperit filium.
Et audierunt vicini
et cognati eius quia
magnificauit dominus
miſericordiam ſuam
cum illa: et congratu
labantur ei. Et factū
eſt in die octaua venerūt
circumcidere puerum:
et vocabant eum noīe
patris ſui zachariam.
Et reſpondens mater
eius dixit. Nequaquam
ſed vocabitur iohannes.
Et dixerunt ad illā Quia
nemo ē in cognatiōe tua:
qui vocetur hoc nomine.
Innuebant autem patri
patri eius: quem vellet
vocari eum. Et poſtulās
pugillarem: ſcripſit dicēs
Johannes ē nomen eius.
Et mirati ſunt vniuerſi.
Apertum eſt autē illico
os eius et lingua eius:
et loquebatur benedicēs
deum. Et factus eſt ti
mor ſup omnes vicinos
eorum: et ſuper omnia
montana iudee diuul
gabantur omnia verba
hec Et poſuerunt omēs
qui audierant in corde
ſuo dicentes. Quid pu
tas puer iſte erit: Etenim
manus domini erat cū
illo. Et zacharias pater
eius impletus ē ſpu ſcō:
et pphetauit dicens. Bene
dictus dominus deus iſ
rael: qa viſitauit et fecit
redēptionem plebis ſue

offertorium. Justus ut palma flo-
rebit sicut cedrus que in liba-
no est multiplicabitur.

Alia Secreta.

Tua domine mune-
ribus altaria cumula-
mus illius nativitate
honore debito celebrantes
qui salvatorem mundi
et cecinit affuturum
et adesse monstravit.
Dominum nostrum
ihesum xpistum. communio.
Tu puer propheta altissi-
mi vocaberis preibis enim
ante faciem domini parare
vias eius. post communio.
Sumat ecclesia
tua deus beati
iohannis baptiste gene-
ratione leticiam: per
quem sue regenerationis
cognovit auctorem
dominum nostrum ihe-
sum xpistum filium
tuum. Qui tecum vi-
vit et regnat in unitate

In die apostolorum petri et pauli
Ad missam Introitus.



Nunc
scio
vere
quia
misit
dominus
ange-
lum
suum et eripuit me de ma-
nu herodis et de omni expec-
tatione plebis iudeorum.
Ps. Et petrus ad se reversus dixit. Gloria. Oratio.

Deus qui hodier-
nam diem
apostolorum
tuorum petri et pauli
martyrio consecrasti:
da ecclesie tue eorum in
omnibus sequi precep-
tum per quos religionis
sumpsit exordium. Per.

Lectio actuum apostolorum.

In diebus illis:
Misit herodes rex
manus ut affligeret
quosdam de ecclesia. Oc-
cidit autem iacobum
fratrem iohannis gla-
dio. Videns autem quia

Dne prob.

Dne probasti me & cognovisti me
Tu cognovisti sessionem meam &
resurrectionem meam.

placeret iudeis: apposuit
apprehendere et petrum.
Erant autem dies azimo
rum. Quem cum appre
hendiſſet miſit in carce
rem. tradenſq; quatuor
quaternionibus mili
tum cuſtodiendum vo
lens poſt paſcha produ
cere eum populo. Et pe
trus quidem ſeruabat
in carcere. Oratio autē
fiebat ſine intermiſſiōe
ab eccleſia ad deum pro
eo. Cum autem pduc
turus eū eſſet herodes:
in ipſa nocte erat petr9
dormiens inter duos mi
lites vinctus cathenis
duabus et cuſtodes aū
oſtium cuſtodiebant
carcerem. Et ecce angelus
domini aſtitit: et lumē
refulſit in habitaculo.
Percuſſoq; latere petri:
excitauit eum dicens
Surge velociter. Et
ceciderunt cathene de
manibus eius. Dixit
autem angelus ad eū
Precingere: et calcia te ca
ligas tuas. Et fecit ſic.
Et dixit illi. Circunda
tibi veſtimentum tuum:
et ſequere me. Et exiens
ſequebatur eum: et neſci
ebat quia verum ē quod
fiebat per angelum. Eſti
mabat autem ſe viſum
videre. Tranſeuntes au
tem primam et ſecundā
cuſtodiam venerunt ad
portam ferream que du
cit ad ciuitatem: que vl
tro apta ē eis. Et exeun
tes proceſſerunt vicum
vnum. Et continuo di
ſceſſit angelus ab eo. Et
petrus ad ſe reuerſus di
xit. Nunc ſcio vere quia
miſit dominus angelū
ſuum: et eripuit me de
manu herodis. et de omi
expectatione plebis iu
deorum. A .Grt
Conſtitues eos principes ſup
omnem terram memores e
runt nominis tui domine.
V. Pro patribus tuis nati
ſunt tibi filii propterea ppli

confitebuntur tibi. Verſus.
Tu es petrus et ſuper hanc
petram edificabo eccleſiam
meam. Alleluya. Alliud v.
Tu es ſymon bariona quia
caro et ſanguis non reuela
uit verbum patris ſed ipſe
pater qui eſt in celis.
Alleluya. v. Solue iubente
deo terrarum petre cathenas
qui facis ut pateant celeſtia
regna beatis. Proſa.
Gaude iocunda melos
eternia perſona.
Iungendo verba ſimphonia
rithmica. Concrepans in
clita armonia vera ſeculi lu
mina. Luce qui aurea
illuſtrarunt mundi regna
omnia. Vernant fortia
tam quorum trophea in celi
regia. Quorum merita
diſſoluunt crimina. hac
die fulgida. Nam alter
crucis ſupplicia triumphans
alter enſis iugula vterque
miter laurea. Super ſub
limia ſidera inſignes vic
toria celica prelati ſunt
in curia. Hinc beate petre
qui maxima reſeras clau
dis verbo celi limina. Su
me pius voca fidelia. pec
cati cuncta reſoluendo vin
cula. Sacra paule magiſter
dogmata illuſtrans plebis
pectora. Et quouſque dec
deus perfecta vltra ter me
tes ſydera. Dulcis que reſul
tet muſica virtutum fi
dibus atque melis concina
In qua ſimphonia miſce
tur et illa que vere dyateſ
ſaron prima. Conſtans
virtute et iuſticia. Tem
perancia et prudencia.
Quibus ſuperna agmina
nite decuſſata repulſo cantica
pſallant enarmonica. No
ſtra ſint quorum ſocia
illa dent lumina quis per
conia demus ſuperludica
Sublime dicant nunc
omnia amen redempta.
Secundum matheum.
In illo tempore:
Venit ieſus in
partes ceſaree philippi:
et interrogabat diſcipu
los ſuos dicens. Quem

dicunt homines eſſe filiū
hominis: At illi dixerunt
Alii iohannem baptiſtā:
alii autem heliam. Alii
vero ieremiam. aut vnū
ex prophetis. Dicit illis
illis ihesus. Vos autem
quē me eſſe dicitis. Reſ
pondens ſymon petrus:
dixit. Tu es xpīſtus fi
lius dei viui. Reſpondēs
autem ihesus: dixit ei.
Beatus es ſymon bar
iona: quia caro et ſan
guis non reuelauit tibi
Sed pater meus qui in ce
lis eſt. Et ego dico tibi
quia tu es petrus: et ſup
hanc petram edificabo
eccleſiam meam Et por
te inferi non preualebūt
aduerſus eam. Et tibi
dabo claues regni celoꝝ
Et quodcumqꝫ ligaueris
ſup terram: erit ligatum
et in celis Et quodcūqꝫ
ſolueris ſuper terram:
erit ſolutum et in celis
Offertorium [illegible]
Conſtitues eos principes

ſuper omnem terram me
mores erunt nominis tui
in omni progenie et genera
tione. Secreta.
Hoſtias domine
quas nomini
tuo ſacrandas offerimꝰ
apoſtolica proſequatur
oratio: per quam nos
expiari tribuis et defēdi
Per. Prefatio.
Te domine ſupplicit.
cōm Tu es petrus et ſuper
hanc petram edificabo eccle
ſiam meam. Poſt cōmu.
Quos celeſti domi
ne alimento ſa
tiaſti apoſtolicis interceſ
ſionibus ab omni ad
uerſitate cuſtodi. Per
In feſt' beate marie mag
dalene. Ad miſſam officiū
Gaudeamus
omnes in domi
no domino diē
feſtum celebrantes ſub ho
nore marie magdalene de
cuius ſollempnitate gaudēt
angeli et collaudent filiū
dei. ps. Eructauit cor meū

Largire nobis oro
clementiſſime pa
ter: quod ſicut beata ma
ria magdalene dominũ
noſtrum iheſum xpiſtũ
ſuper omnia diligendo.
ſuorum obtinuit veniã
peccaminum: ita nobis
apud tuam miſericor
diam ſempiternam im
petret beatitudinem. Per
eundem. Lectio libri ſapie
Mulierem fortem
quis inueniet?
Procul et de ultimis fi
nibus precium eius. Cõ
fidit in ea cor viri ſui et
ſpoliis non indigebit.
Reddet ei bonum et non
malum: omnibus die
bus vite ſue. Queſiuit
lanam et linum et ope
rata ẽ conſilio manuũ
ſuarum. Facta eſt quaſi
nauis inſtitoris: de lõge
portans panem ſuum.
De nocte ſurrexit: deditq̃
predam domeſticis ſuis
et cibaria ancillis ſuis.
Conſiderauit agrum

et emit eum: de fructu
manuum ſuarum plã
tauit vineam. Accinxit
fortitudine lumbos ſu
os: et roborauit brachiũ
ſuum. Guſtauit et vidit
quoniam bona ẽ nego
tiatio eius: non extingue
tur in nocte lucerna eius.
Manum ſuam miſit
ad fortia: et digiti eius
apprehenderunt fuſum.
Manum ſuam aperuit
inopi: et palmas ſuas
extendit ad pauperem.
Non timebit domui ſue
a frigoribus niuis:
omnes enim domeſtici
eius veſtiti ſunt dupli
cibus. Stragulatam
veſtem fecit ſibi byſſus
et purpuram indumentũ
eius. Nobilis in portis
vir eius: quoniam ſederit
cum ſenatoribus terre.
Sindonem fecit et ven
didit: et cingulum tra
didit chananeo. Fortitu
do et decor indumentũ
eius: et ridebit in die

nouiſſimo. Os ſuum a
peruit ſapientie: et lex
clemencie in lingua eiꝰ
Conſideravit ſemitas
domus ſue: et panem
ocioſa non comedit. Sur
rexerunt filii eiꝰ et beatiſ
ſimam predicaverunt:
vir eius. et laudavit eã
Multe filie divicias cõ
gregaverunt; tu ſuper
greſſa es univerſas fal
lax gratia et vana eſt
pulchritudo: mulier ti
mens deum ipſa lauda
bitur. Date ei de fructu
manuum ſuarum: et
laudent eam in portis
opera eius. Reſponſor
Propter veritatem et mã
ſuetudinem et iuſticiam
et deducet te mirabiliter
dextera tua. ℣. Audi filia
et vide et inclina aurem
tuam quia concupivit
rex ſpeciem tuam.
Alleluia ℣ Optimam
partem elegit ſibi maria
que non auferetur ab ea.
Alleluia. ℣ Surrexit do

minus et occurrens mulieri
bus ait avete tunc acceſſerũt
et tenuerũt pedes eiꝰ. Pſa.
Mane prima ſabbati
ſurgens dei filius
noſtra ſpes et gloria. Victo
rege ſceleris redijt ab inferis
cum ſumma victoria. Cuiꝰ
reſurrectio omni plena gau
dio conſolatur omnia. Re
ſurgentis itaqꝫ maria mag
dalene facta eſt prenuncia.
Ferens xpiſti fratribus.
eius morte teſtibus expec
tata gaudia. O beati oculi
quibus regem ſeculi mor
te iam depoſita prima eſt
intuita. Hec eſt illa femina
cuius cuncta crimina ad
xpiſti veſtigia eius lavat
gratia. Que dum plorat
et mens orat facto clamat
quod cor amat iheſum ſuper
omnia. Non ignorat
quem adorat quid precce
tur ſed deletur qđ mens
timet conſcia. O maria
mater pia ſtella maris
appellaris operum p me
rita. Matri xpiſti coequata

dum fuiſti ſic vocata ſed ho/
nore ſublimata. Illa enim
fuit porta per quam fuit
lux exorta hec reſurgentis
nuncia mundū replet le/
ticia. Illa mundi impera
trix iſta beata peccatrix le/
ticie primordia fuderunt
in eccleſia. O maria mag/
dalena: audi vota laude
plena apud xpiſtum cho/
rum iſtum: clementer co
ciba. Ut fons ſumme
pietatis qui te lauit a pec
catis ſeruos ſuos atqꝫ tu
os mundet data venia.
Hoc det eius gratia qui
regnat per omnia Amē

Secundum Johannem.

In illo tempore:
Maria ſtabat ad
monumentū: foris plo
rans. Dum ergo fleret:
inclinauit ſe et pſpexit
in monumentum et vi
dit duos angelos ī albis
ſedentes vnum ad caput
et vnum ad pedes. vbi po
ſitum fuerat corpus ie
ſu. Dicunt ei illi. Mu

lier: quid ploras? Dicit
eis. Quia tulerūt dnīꝫ
meum: et neſcio ubi po
ſuerunt eum. Hec cum
dixiſſet: conuerſa ē retror
ſum. et vidit iheſum ſtā
tem. et non ſciebat quia
iheſus eſt. Dicit ei ihūs
Mulier quid ploras?
Quem queris? Illa exi/
ſtimans quia ortolanꝰ
eſſet: dicit ei. Domine:
ſi tu ſuſtuliſti eum. di
cito michi ubi poſuiſti
michi: et ego eum tollā.
Dicit ei iheſus. Maria.
Conuerſa illa dicit ei
Rabboni: quod dicitur
interpretatum magiſter.
Dicit ei iheſus. Noli me
tangere. Nondum enim
aſcendi ad patrem meū
Vade autem ad fratres
meos: et dic eis. Aſcendo
ad patrem meum et pa
trem veſtrum: deū meū
et deum veſtrum. Venit
maria magdalene an
nuncians diſcipulis quia
vidi dnīꝫ et hec dix michi. Credo

off. Angelus domini descendit de celo et dixit mulieribus quem queritis surrexit sicut dixit alleluya. Secr.

Hanc nostre servitutis hostiam quesumus pyssime pater. beata maria magdalene suarum precum cumulet incrementis: et ad nostre restaurationis principium flagitet prosuturam. Per. Commun.

Diffusa est gratia i labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. post comm.

Sanctificet nos quesumus domine et muniat intercedente beata maria magdalene divini muneris sacra libatio: celestium virtutum coheredes efficiat. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate.

In die sci stephi vel i alio fe

Eternum sederunt. sto supra.

In transfiguratione dni.

Benedicta sit off. sancta trinitas atque indivisa unitas confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. Psalmus Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu. Gloria. Oratio.

Deus qui hodierna die unigenitum tuum mirabiliter transformatum celitus utriusque testamenti patribus revelasti: dona nobis quesumus beneplacitis tibi actibus ad eius semper contemplationem pertingere gloriam: in quo tue paternitati optime complacuisse testatus es. Per eundem.

Lco eple beati Petri aplica

Carissimi: Dabo operam. et frequenter habere vos post obitum meum ut horum memoriam faciatis. Non enim indoctas fabulas secuti notam fecimus vobis domini nostri ihesu xpi

virtutem et preſcienciam
ſed ſpeculatores facti illius
magnitudinis. Accipiens
enim a deo patre honorem
et gloriam: voce delapſa
ad eum huiuſcemodi a ma
gnifica gloria. Hic ē fili
us meus dilectus in quo
michi complacui: ipſum
audite. Et hanc vocem
nos audiuimus de celo
allatam cum eſſemus cū
ipſo in monte ſancto: et
habemus firmiorem ꝓphe
ticum ſermonem cui bn̄
facitis attendentes q̄ſi lu
cerne lucenti in caligino
ſo loco donec dies illuceſcat
et lucifer oriatur in cor
dibus veſtris. Reſponſorium
Benedictus es domine qui
intueris abyſſos et ſedes
ſuper cherubin. V Benedi
cite deum celi quia fecit no
biſcum miſericordiam ſu
am. Alleluya. Allus
Verbo domini celi firma
ti ſunt et ſpiritu oris eius
omnis virtus eorum.
Proſa. [illegible]

xx
vi·xij

Letabundi iubile
mus ac deuote ce
lebremus hec ſacra ſolle
nia. Ad honorem ſummi
dei huius laudes nūc dici
pſonet eccleſia. In hac
xpiſtus die feſta ſue de
itat manifeſta glorie indi
cia. Ut hoc poſſit enarrari
hic nos ſuo ſalutari reple
at et gratia. Xpiſtus q̄ꝫ
deus fortis vite dator vic
tor mortis verus ſol iuſti
cie. Quam aſſumpſit car
nem de virgine: tranſfor
matus in thabor culmine
glorificat hodie. O quam
felix ſors bonorum talis
enim beatorum erit reſur
rectio. Sicut fulget ſol
plene luminis fulſit dei
vultus et hominis teſte
euangelio. Candor q̄q;
ſacre veſtis deitatis fuit
teſtis et future glorie.
Mirus honor et ſublimis
mira deus tue nimis vir
tus eſt potencie. Cumq;
xpiſtus viritus dei petro
natis zebedei maieſtatis

gloriam. Demonſtraret
manifeſte. ecce vident luca
teſte moyſen et helyam.
Hoc habemus ex matheo
quod loquentes erant deo
dei patris filio. Vere ſan-
ctum vere dignum: loqui
deo et benignum plenum
omni gaudio. Cuius
magna laus dici que ſa-
cratur voce dei honor et ex-
imius. Nubes illos obum-
bravit et vox patris pro-
clamavit hic ē meus fili⁹
Huius vocem exaudite ha-
bet enim verba vite: verbo
potens omnia. Hic eſt
xpiſtus rex cunctorum.
mundi ſalus lux ſanctorum
lux illuſtrans omnia.
Hic eſt xpiſtus patris
verbum per quem perdi-
tus acerbum quod i nob
habuit. Hoſtis nequā
ſerpens dirus qui fraude
ſuum virus eice nobis
nocuit. Moriendo nos ſa-
navit qui ſurgendo repa-
ravit vitam xpiſtus et
dampnavit mortis ma-
giſterium. Hic eſt xpiſt⁹
pax eterna una regens et
ſuprema cui de celis vox pat'
na confert teſtimonium
Cuius ſono ſunt turbati
patres illi tres prefati et
in terram ſunt proſtrati
quando vox emittitur.
Surgunt tandem ānu-
ente ſibi xpiſto ſed iterum
circumſpectant cū repente
ſolus ihesus cernitur. No-
lens xpiſtus hec celari;
non pmiſit enarrari donec
vite reparator hoſtis vite
triumphator morte victa
ſurgeret. Hec eſt dies lau-
de digna qua tot ſancta
fiunt ſigna xpiſtus ſplē-
dor dei patris prece ſancta
ſue matris nos a morte
liberet. Tibi pater tibi nate
tibi ſancte ſpiritus ſit cū
ſumma poteſtate laus
et honor debitus Amen.

Secundum matheum.

In illo tempore:
Aſſumpſit ihē
petrum et iacobum et
iohannem fratrem eius.

et ducit illos i montem
excelſum ſeorſum: et
tranſfiguratus e ante
eos. Et reſplenduit faci
es eius ſicut ſol: veſtime
ta autem eius facta ſūt
alba ſicut nix. Et ecce
apparuit illis moyſes
et helyas cum eo loquen
tes. Reſpondens autem
petrus: dixit ad ihesum.
Domine: bonum e nos
hic eſſe. Si vis: faciam
hic tria tabernacula. Ti
bi vnum: moyſi vnum:
et helye vnum. Adhuc
eo loquente: ecce nubes
lucida obumbrauit eos.
Et ecce vox de nube di
cens. Hic e filius meus
dilectus in quo michi
complacui: ipſum au
dite. Et audientes diſ
cipuli ceciderunt in fa
ciem ſuam: et timue
runt valde. Et acceſſit
ihesus: et tetigit eos.
dixitque illis. Surgite:
et nolite timere. Leuā
tes autem oculos ſuos

neminem viderunt ni
ſi ſolum ihesum. Et
deſcendentibus illis de
monte: precepit ihesus
dicens. Nemini dixeritis
viſionem: donec filius
hominis a mortuis re
ſurgat. Credo. Offert.
Benedictus ſit deus pater
vnigenitusque dei filius
ſanctus quoque ſpiritus qa
fecit nobiſcum miſericordiam
ſuam. Secreta.
Suſcipe queſumus
domine ſancte
pater omnipotens mu
nera que pro glorioſa
filii tui transfiguratione
deferimus: et concede p
pitius vt per hec et a te
poralibus liberemur i
comodis et concedere mur
eternis. Per eundem.
Prefac. Qui cum vni
genito filio tuo et ſpu
ſancto. Communio
Benedicamus deum celi
et coram omnibus viuenti
bus confitebimur ei quia fecit
nobiſcum miam ſuam.

Deus qui hūc p̄'to
diem incarnati
verbi tui tranſfiguratio
tueq; ad eum miſſa pa
ternitatis voce conſecra
ſti: tribue queſumus.
ut divinis paſti alimo
niis in eius mereamur
membra tranſferri qui
hec in ſui memoriam fi
eri precepit. Qui tecū.

In feſto ſancti laurentii ad
miſſam Introitus

Confeſſio et pul
critudo in con
ſpectu eius ſā
ctitas et magnificentia ī
ſanctificatione eius. pſalm̄
Cantate domino canticū
novum: cantate domino
omnis terra. Gloria. Oro:
Da nobis queſu
omnipotens de
us vitiorum noſtrorū
flammas extinguere:
qui beato laurentio tri
buiſti tormentorum ſu
orum incendia ſuperare
Per dominum. Lcō eple bi
Pauli apli ad corinthios.

FRs: Qui parce
ſeminat parce et
metet: et qui ſeminat
in benedictionibus de
benedictionibus et metet
Unuſquiſque enim prout
deſtinavit in corde ſuo
nō ex triſticia aut ex ne
ceſſitate. Hylarem enī
datorem diligit deus.
Potens eſt autem deus
omnem gratiam habū
dare facere in vobis: ut in
omnibus ſemper omnē
ſufficientiam habentes
habundetis in omne op9
bonum: ſicut ſcriptum
eſt. Diſperſit dedit pau
peribus: iuſticia eius
manet in ſeculum ſeculi
Qui autem adminiſ
trat ſemen ſeminanti.
et panem ad mandu
candum preſtabit: et
multiplicabit ſemen
veſtrum. et augebit incre
menta frugum iuſticie
veſtre. Reſponſorium.
Probaſti domine cor meū
et viſitaſti nocte. Verſus.

Igne me examinaſti et nõ
eſt inuenta in me iniquitas.
Alleluya. V. Leuita laurē
tius bonum opus operatus
eſt qui per ſignum crucis ce
cos illuminauit et theſauros
eccleſie dedit pauperibus. Pſa

Scola iocunditatis.
alleluya. Induit
hodie dominus militem ſuū
laurentium. Solito plaudat
alacrius concio leta fideliū.
Hodie martir inſignis ho
ſtiam deo placentem obtu
lit. Hodie tormentum ig
nis grauiter examinatus
pertulit. Animatus ad
certamen monitu beati ſe
nis. Grauiſſimis non re
ſutat exhibere membra pe
nis. Ante regem acceſſit
et de rebus conuenitur oc
cultis eccleſie. Sed non ce
dit blandimentis emolitus
ac tormentis eius auaricie
Luditur valerianus et le
uite larga manus dum
petit inducias. Dat miniſt
caritatis pauperibus con
gregatis facultatū copias.

Fiunt igitur prefectus et para
tur ardens lectus in ſultatius
viſcera crates vrit aſpera.
Sudat martir in agone
ſpe mercedis et corone que
datur fidelibus pro repulſo
certantibus. De cuius mi
litia celi gaudet curia. Quia
vicit hodie miniſtros nequi
cie. Vt hunc ergo per pa
tronum conſequamur
vite donum: In illius die
feſto chorus noſter letus
eſto. Iocundum in eccleſia
decantemus alleluya.

Scdm Johannem.

In illo tempore.
dixit ihesus diſ
cipulis ſuis. Amen amē
dico vobis: niſi granū
frumenti cadens ī trā
mortuum fuerit: ipſum
ſolum manet. Si autē
mortuum fuerit: mul
tum fructum affert.
Qui amat animā ſuā
perdet eam. Et qui odit
animam ſuam in hoc
mundo: in vitam eternā
cuſtodit eam. Si quis

miniſtrat: me ſequatur.
Et ubi ſum ego: illic et
miniſter meus erit. Si
quis michi miniſtraue-
rit: honorificabit eum
pater meus qui eſt in
celis. Offertorium.
Confeſſio et pulchritudo
in conſpectu eius ſancti-
monia et magnificentia
in ſanctificatione eius.
Accipe Secreta.
queſumus domi-
ne munera dignanter
oblata. et beati lauren-
tii ſuffragantibus me-
ritis ad noſtre ſalutis
auxilium prouenire
concede. Per dominum.
Co. Qui michi miniſtrat
me ſequatur et vbi ſum ego
illic et miniſter meus erit
Sacro munere P. co.
ſaciati ſupplices
te domine deprecamur:
vt quod debite ſeruitutis
celebramus officio: inter-
cedente beato laurentio
ſaluationis tue ſentiamus
augmento. Per. In die aſſ.



Gau-
dea-
mus
om-
nes
in
do-
mi-
no
diem feſtum celebrantes ſub
honore marie virginis de
cuius aſſumptione gau-
dent angeli et collaudent
filium dei. Ps. Eructauit
cor meum verbum bonum:
dico ego opera mea regi.
Gloria patri. Oratio.
Venerandi no-
bis domine
huius diei fe-
ſtiuitas opem conferat
ſalutarem: in qua ſan-
cta dei genitrix mortem
ſubiit temporalem. nec
tamen mortis nexibu[s]
deprimi potuit que fili-
um tuum dominum
noſtrum de ſe genuit i[n]-
carnatum. Qui tecu[m]
viuit et regnat in unit[ate]

Per ſeptimanã octabarum

Famulorum tuorum quesumus domine delictis ignoſce: ut qui tibi placere de actibus noſtris non valemus genitricis filii tui domini dei noſtri ihesu xpisti intercesſione ſaluemur. Per eumdem dominum noſtrum ihesum xpistum filium

Lectio libri Sapientie.

In omnibus requiem queſiui: et in hereditate domini morabor. Tunc precepit et dixit michi creator omnium. et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo et dixit michi. In iacob inhabita et in iſrael hereditare: et in electis meis mitte radices. Et ſic in ſyon firmata ſum: et in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui et in iheruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei here

ditas illius: et in plenitudine ſanctorum detentio mea. Quaſi cedrus exaltata ſum in libano: et quaſi cypreſſus in monte ſyon. Quaſi palma exaltata ſum in cades: et quaſi plantatio roſe in iericho. Quaſi oliua ſpecioſa in campis: et quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum et balſamum aromatizans odorem dedi. Quaſi mirra electa: dedi ſuauitatem odoris. Reſponſorium

Benedicta et venerabilis es virgo maria que ſine tactu pudoris inuenta eſt mater ſaluatoris. V. Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Alleluia. V. Aſſumpta eſt maria in celum gaudent angeli et collaudantes benedicunt dominum.

Prosa.

Aua virga prime
matris eue florenſ
roſa proceſſit maria. Mer.
ut lucifer inter aſtra cetera
per pulchra ut luna. Fragra
ſcit ultra omnia balſama
pigmenta et thymiamata
Purpurea ut viola roſa
ta ut roſa candens ut lilia
Patris ſummi quem elegit
proles deica ut aſſumeret
carnem ſacroſanctā ex vir
ginis carne incorrupta.
Celſus nuntiat angelus
nova gaudia. eterni regis
exortum in terra matremq;
eius ita ſalutat. Aue ma
ria domini mei mater al
ma celica plena gratia.
Tu benedicta regem in ſe
cula paries effecta orbis
regina. Fecunda ergo inq̄t
quomodo eſſe queam cum
virum non cognoſcam
ex quo ſum nata. ſemper
permanens virgo pudica
Ne timeas reſpondit an
gelus ſanctum pneuma
deſcendet in te caſta. quo
fecundata paries deum
et hominem una. O vere ſā
cta atq; amanda ex qua eſt
orta redemptio noſtra ſalus
quoq; mundi veraq; vita.
O dei noſtri genitrix pia
ſuſcipe noſtra hac die preca
ta in qua es aſſumpta ad
celi claustra. Tu es enim
patri cara tu es ihesu ma
ter bona tu ſancti ſpiritus
es templum facta. Tu es
pulchra dei ſponſa tu regē
chriſtum enixa domina es
in celo et in terra. Hodie
namq; curie celeſtis tibi
obvia agmina te aſſum
pſerunt ad palacia ſtella
ta. Ihesus et ipſe feſtiuus
tibi matri cum angelis
occurrens ſede paterna ſecū
locauit in ſeda. Iam cū
deo regnans noſtra delicta
clemens mala poſcens
cuncta bona o benigna.
Mediatrix noſtra que
es poſt deum ſpes ſola tuo
filio nos repreſenta. Ut
in poli aula leti iubilem?
alleluya.

Secundum Lucam

In illo tempore.
Intrauit ihesus
in quoddam caſtellum: et
mulier quedam martha
nomine excepit illum in
domum ſuam. Et huic
erat ſoror nomine maria:
que etiam ſedens ſecus pe
des domini audiebat ver
bum illius. Martha aute
ſatagebat circa frequens
miniſterium. Que ſtetit
et ait. Domine: non e tibi
cure quod ſoror mea relin
quid me ſolam miniſtrare:
Dic ergo illi vt me adiu
uet. Et reſpondens dixit
illi dominus. Martha:
martha: ſollicita es: et tur
baris erga plurima. Por
ro vnum e neceſſarium.
Maria optimam partem
elegit que non auferetur
ab ea. Offertorium.
Beata es virgo maria que do
minum portaſti creatorem
mundi genuiſti qui te fecit
et in eternum permanes vir
go. Aliud offertorium.
Felix namque es ſacra virgo

746 maria et omni laude dign
iſſima quia ex te ortus eſt
ſol iuſticie xpriſtus deus
noſter alleluia. Secreta.
Subueniat domine
plebi tue dei geni
tricis oratio: quam et ſi
pro conditione carnis
migraſſe cognoſcimus.
in celeſti gloria apud te
pro nobis orare ſentiam
Per eundem. Prefatio
Et in aſſumptione
co. Regina mundi et do
mina virgo maria perpetua
intercede pro noſtra pace et
ſalute que genuiſti xpm
dominum ſaluatorem om
nium. Aliud commune.
Beata viſcera marie vir
ginis que portauerunt e
terni patris filium. Poſt
Menſe celeſtis com
participes effecti
imploramus clementia
tua domine deus noſter
vt qui feſta dei genitricis
colimus a malis imminen
tibus eius intercessionibus
liberemur. Per eundem.

De ſancto Auguſtiō
Ad miſſam Introitꝰ



N
me
dio
eccle
ſie
ape
ruit
auguſtinus quē repleuerat
dominus ſpiritu ſapientie
intellectum verbi dei pandēs
archana fidei. p̄ Beatus
homo q̄ tu erudieris do
mine. et de lege tua docue
ris eum. Oratio.

Adeſto ſupplicatio
nibus noſtris
omnipotens deus: et q̄
bus fiduciam ſperāde
pietatis indulges: int
cedente beato auguſtino
confeſſore tuo atq; pon
tifice. conſuete miſedie
tribue benignus effectū.
Per. Lectio libri ſapiētie

Ecce ſacerdos mag
nus: qui in diebus
ſuis placuit deo et inuentꝰ
eſt iuſtus. et in tempore
iracundie factus ē recon
ciliatio. Non eſt inuentꝰ
ſimilis illi: qui conſer
